deiuſſor non ſe obligauit pro qualitate
pignoris dati:ſed pro pecunia ſoluen-
22 da.¶†Tertio competit dicta actio pi-
gnoraticia contraria creditori quando
debitor conduxit pignus a creditore.et
poſtea detractat illud reſtituere.nã da-
bitur creditori contraria pignoraticia
ad intereſſe.non autem ad pignus reſti
tuendũ:q: ad hoc habet creditor inter
dictum de precario vel hypotecariam
vt eſt text.iuncta glo.in.l.ſi pignore.§.ſi
poſt diſtractum.ff.de pig.act.⁊ ibi Bar.
Pau.de caſt.⁊ Saly.¶Et iſto caſu cum
agatur de fide rupta.q:.ſ.debitor con-
ducens pignus et promittẽs reſtituere
modo recuſat.et ſic fidem rumpit ob fi-
dem ruptam deferetur creditori iura-
mẽtum in litem.vt eſt text.in.l.ei apud
quem a contrario ſenſu.ff.depo.et not.
gl.in.d.l.ſi pignore.in.§.ſi poſt.in ver.
tenetur.⁊ ibi ſequuntur bar.Pau.de ca
ſtro ⁊ Salyce.quod eſt ſpeciale: vt.ſ.in
actione contraria deferatur iuramentũ
in litem ob fidem ruptam.alias autem
regulariter in actionibus cõtrarijs nõ
datur iuramentum in litem.ſed in dire
ctis bonefidei ſic.vt no.gl.in.l.in actio
nibus.in gloſ.in ver.bonefidei.ff.de in
litem iur.⁊ gloſ.in.l.j.§.in depoſiti.⁊ in
d.l.ei apud quem.ff.depoſi.⁊ habet per

Alex.in cōſil.ccxiiij.quando dolus.vij.
voln.¶Quarto competit creditori pi-
gnoratitia contraria:ſi debitor pigno-
rauit ſeruum furem eideʒ creditori cui
poſtea ſeruus furtum fecit.Naʒ iſto ca
ſu dabitur creditori pignoratitia cōtra
ria pro intereſſe furti ſibi facti cōtra ip
ſum debitorem.et hoc ſi debitor ſciēter
ſeruū furē pignorauit.videlicet ſciens
illum eſſe furem.Nam ſi ignoranter de
diſſet:excuſaretur dominus dando illſi
noxe:vt eſt text.in.l.ſi ſeruus.ff.de pig.
ac.⁊ ibi gl.Bart.Pau.de ca.⁊ Saly.
23 ¶†Quinto competit etiam contraria
pignoratitia creditori:quando debitor
conuenit dare vnam rem pignori:et lo-
co illius dedit aliam.puta quia pro au
ro dedit es.Iſto enim caſu datur cōtra
ria pignoratitia pro intereſſe.et etiam
actio ex crimine ſtellionatus tex.et ibi
no.doc.in.l.ſi q̇s in pignore.ff.de pign.
ac.Sed ſi debitor iam tradidiſſet auruʒ
pignori.et poſtea loco auri ſubmitteret
es:teneretur debitor furti:vt etiam de
hoc eſt ibi caſus.¶Similiter teneret̄
furti debitor:ſi nondum tradidiſſet reʒ
obligatam creditori:ſed illam recogno
uiſſet tenere pro eo.⁊ poſtea illam con-
tractaret.nam contractando debitor cō
mitteret furtuʒ ⁊ teneretur furti:vt no.
Bartol.in.l.c.ſed nec.in fi.ff.de condi.
furti.per allegata ibi per eum.
24 ¶†Sexto datur etiam cōtraria pigno
ratitia creditori quando debitor ei pi-
gnorauit rem alienā:puta titij.Et poſt
ea titi⁹ dominus illius rei ſucceſſit de
bitori.nam per hoc nō reconualeſcit pi
gnus.ſed bene contra titium vt heredē
debitoris dabitur creditori ꝓ ſuo inter
eſſe vtilis pignoratitia cōtraria.vt.l.ſi
titio.⁊ ibi gl.Bar.⁊ Saly.ff.de pig.⁊ di
xi.ſ.in ſecūdo caſu.⁊ ſic remanet expe-
25 dita materia pignoratitie.¶†Reſtat
ſolum ponere aliqua circa formā libel-
li:tam in directa ꝙ in contraria pigno
ratitia.¶In quo licet Ang.de are.in-
ſtitu.de actio.in.§.actionum.in mate-
ria pignoratitie vtraqʒ formā libelli po
nat.videlicet tam in contraria ꝙ dire-
cta.Tamen ipſe ponit formam libelli
in vno caſu tantum.vcʒ in directa pi-
gnoratitia qñ debitor agit ad reſtitutio
nem rei pignorate.¶Et nihilominus
vt cōſtat ex relatis.ſ.in pignoratitia di
recta.in pluribus alijs caſibus pōt cō
petere.⁊ primo qñ pignus venditū fuit
per creditorem pluris ꝙ ſit debitū.naʒ
competit directa pignoratitie ad illud
vt dictum fuit.ſ.in hoc.iij.membro.nu
mero.1.ſcd̄o competit etiaʒ pro damno
quod debitor pretēderet in pignore ex
dolo vel culpa lata vl̄ leui creditoris vt
dixi.ſ.in hoc.iij.memb.nu.4.tertio cō
petit etiam quando debitor pretendit
damnum ex negligentia creditoris:vt
dixi.ſ.in hoc.iij.mēb.nu.6.quarto com
petit etiam vt fructus per creditorē cō
putentur in ſorteʒ.⁊ ſimiliter eſtimatio
deteriorationis:vt in hoc.iij.memb.nu.
7.⁊.8.quinto competit etiam ꝓ pigno-
re pretorio:vt ſupra in hoc membro.nu
mero.12.⁊ etiam in alijs caſibus q̇ poſ
ſunt colligi ex diſcuſſis in materia.
¶Erit ergo formādus libellus in iſta
actione pignoratitia directa ſecundum
occurrentiam caſus ex quo agendum
erit.⁊ ſic nō ſemper eodem modo.vt vi
detur velle Ang.de are.in.d.§.actionū.
26 ¶†Inſuper in vno eſt aduertendū cir-
ca formam dicti libelli directe pignora
ticie.ꝙ Ange.de are.in.d.§.actionū.in
libello pignoratitie directe.preſuppo-
nit eſſe neceſſe in hoc libello deducere
quod res pignorata ad cuius reſtitutio
nem agitur ſit ipſius debitoris.dum di
cit ideo ſe dixiſſe in libello meum librū
qꝛ licet quis rem alienā poſſit vēdere.
et teneat venditio in preiudicium ven-
ditoris.l.rem alienam.ff.de contrahē.
emp.nō tamen poteſt quis rem alienā
obligare:niſi dn̄s conſentiat vel frau-
dulenter diſſimulet:vt.l.ij.C.ſi alie.res
pig.da.ſit.Et ſic vult ipſe ꝙ ex quo res
aliena non pōt pignori dari.iō ꝓ ea nō
cōpetat pignoratitia directa.⁊ per ꝯñs
ꝙ i hoc libello debeat deduci dominiū
debitoris pignorātis.¶Sʒ errat mani
feſte Ang.de are.qꝛ licet verū ſit ꝙ res
aliena nō poſſit pignori dari:vt.l.alie.
l.ṗn.⁊ ibi no.gl.ff.de pig.ac.⁊.d.l.ij.C.ſi
alie.res pig.da.ſit.Et ſi de[illegible] i ea nō cōſ-
ſtat hypoteca vt dictis iurib⁹.Tū hoc



nō obſtāte debitor qui dictā rē pignori
dedit ſoluto debito poteſt ad dictam rē
alienā ſibi reſtituendā agere directa pi
gnoratitia:vt eſt tex.in.l.rem alienam.
§.is quoqʒ.ff.de pigno.ac.¶Quinimo
etiam predio qui rem pignori dedit:ſo-
luto debito habet directā pignoratitiaʒ
ad rem alienā pignori datā.⁊ etiam ad
fructus vt in ſortē cōputētur.vt eſt tex.
⁊ ibi no.Bar.in.l.ſi pignore.§.ſi predo.
ff.de pigno.acti.⁊ nō obſtat ꝙ in re alie
na nō poſſit cōſtitui pign⁹ ⁊ hypoteca:
vt dictū eſt.qꝛ reſpondet̄ ꝙ ad producen
dū pignoratitiā actionē directā ſufficit
rē eſſe traditā ex cā pignoris:ſʒ ipſum
pign⁹ nō ſortiat̄ effectū:vt eſt text.⁊ ibi
gl.Bart.⁊ Pau.de ca.in.l.ſolutū.§.oīs.
ff.de pig.act.qđ no.qꝛ Are.nō bene ad-
27 uertit.¶†Libellus etiam in pignorati
tia contraria que datur creditori ponit̄
etiā per Are.in.d.§.actionū.Sed poni
tur ſolū qñ creditor agit dicta ratione
ad expēſas per eū factas in re pignora
ta.¶Tu aũt aduertas ꝙ pōt formari
in ſex caſibus notatis ſupra in hoc.iij.
membro a nu.19.vſqʒ ad nume.23.In
quib⁹ ꝯtria pignoratitia cōpetere pōt ⁊
ideo ſm cōtingentiā ꝯſiderabis dictos
caſus.⁊ libellū tuū formabis apte ſm
occurrētē caſum.⁊ hoc ſeruādo errare
nō poteris.Et per hec ſit expedita tota
materia pignoratitie:⁊ tertiū membrū
iſtius.vij.partis principalis.

¶Octaua pars principalis.

Sequitur modo.viij.pars ṗn
cipalis ⁊ vltima iſti⁹ nr̄i tra-
ctat⁹:in qua ponit̄ materia
actionis hypotecarie.Et di
nidit̄ in tres partes.In ṗma
pte tractabit̄ de natura iſti⁹ actiōis hy-
potecarie ⁊ q̄ requirāt̄ vt illa cōpetat.
In ſcd̄a videbim⁹:quibus perſonis et
cōtra quas perſonas ⁊ pro quib⁹ rebus
cōpetat.In tertia vero parte diſcutie-
mus quando iſta actio oriat̄ ⁊ que ſint
probanda ad obtinendū in ea.⁊ de mo-
do libellandi ⁊c.

¶Summarium.

1 Actio hypotecaria differt ab in-
terdicto ſalniano in pluribus.
2 Appellari poteſt a ſentētia lata ſuper
hypotecaria.
3 Appellari an poſſit a ſententia lata in
interdicto ſaluiano.
4 Interdictuʒ ſaluianum in cuius fauo-
rem fuit introductum et in quem fineʒ.
5 Actio directa oritur vbicūqʒ in aliqua
diſpoſitione iuris concurrunt verba et
mens legiſlatoris.
6 Interdictum ſaluianum dicitur poſ-
ſeſſorium:⁊ datur ſolum reſpectu poſ-
ſeſſionis.
7 Interdictum ſaluianum a quo dicatur
8 Actio hypotecaria ⁊ quaſi ſeruiana in
nihil differunt.
o Actio perſonalis et hypotecaria an in
eodem libello cumulari poſſint.
10 Agi non poteſt contra tertium poſſeſ-
ſorem hypotecaria niſi prius actum ſit
perſonali contra principalem debitorē
vel eius heredes.
11 Actio hypotecaria non procedit con-
tra tertium poſſeſſorem niſi prius diſ-
cuſſis bonis principalis debitoris ⁊ fi
deiuſſorum.
12 Excuſſio bonorum alicuius preſuppo-
nit citationem poſſidentium et fideiuſ-
ſorum.
13 Citatio in caſu excuſſionis bonorum
alicuius debet eſſe ſpecialis.
14 Notorium releuat ab onere probandi.
15 Notorie non ſoluendo quem eſſe quali
ter intelligatur.
16 Excuſſio multis caſibus in actione hy-
potecaria non requiritur.
17 Caſu quo debitor lite pēdēte alienauit
rē hypotecatā pōt poſſeſſor abſqʒ debi-
ti principalis excuſſiōe ꝯueniri hypo-
caria.
18 Creditor cui actualr̄ traditū eſt pign⁹ ſi
cadat ab ei⁹ poſſeſſiōe pōt dimiſſo prin-
cipali illud hypotecaria recuperare.
19 Noie debitoris obligato creditori pōt
ipſe creditor ad illud agere vtili hypo-
tecaria abſqʒ excuſſione debitoris prin
cipalis.
20 Creditor hñs gn̄alē ⁊ ſpālē hypotecam
an poſſit cumulate agere pro vtraqʒ.
21 Excuſſio nō eſt neceſſaria in hypoteca
legali.
22 Excuſſio quo iure fuerit introducta.
23 Excuſſio nō req̄rit̄ in repetitiōe dotis.

24 Lex pꝛomittendo.ff.de iure dot.quo ca-
ſu pꝛocedat.
25 Lex poteſt fieri de caſu dubitabili.
26 Statutū generale ꝙ nulla mulier poſ-
ſit contrahere ſine certa foꝛma an com-
pꝛehendat cauſam dotis.
27 Excuſſio an pꝛocedat in cauſa dotis.
28 Juris apex non conſideratur vbi pꝛo-
cedendum eſt ſola facti veritate inſpe-
cta.
29 Exceptio excuſſionis non cōpetit mer-
catoꝛibus campſoꝛibus nūmularijs ⁊
ſimilibus perſonis.
30 Exceptio excuſſionis an admitti poſſit
coꝛam arbitro ⁊ arbitratoꝛe.
31 Exceptio excuſſionis poteſt dupliciter
conſiderari.
32 Excuſſio non pꝛocedit vbi agitur vigo-
re inſtrumenti guarentigiati vel habē-
tis executionem paratam.
33 Pꝛeſcriptio impedit excuſſionem.
34 Exceptio excuſſionis quando ſit in iu-
dicijs opponenda.
35 Exceptio excuſſionis opponēda eſt cla-
re ⁊ ſpecifice.
36 Exceptio excuſſionis omiſſa in pꝛima
inſtantia nō poteſt amplius opponi.
37 Excuſſionis exceptione pendente iudi-
cio hypotecario oppoſita duob⁹ reme-
dijs pꝛouidetur actoꝛi.
38 Excuſſio facta ad inſtantiā vnius cre-
ditoꝛis:an pꝛoſit alijs creditoꝛibus in
alijs cauſis.
39 Excuſſionis ſententia an trāſeat in rē
iudicatam ita ꝙ ab illa appellari non
poſſit.
40 Excuſſio facienda contra hereditatem
iacentem requirit curatoꝛis dationem
alias eſt inualida.
41 Excuſſione facta contra debitoꝛē ⁊ lite
conteſtata contra tertiū poſſeſſoꝛem:ſi
poſtea ſuperueniant bona debitoꝛi pōt
tertius poſſeſſoꝛ etiā poſt litis cōteſta-
tionē de illis excipere.
42 Excuſſio an ſit faciēda de bonis extra-
territoꝛiū iudicantis exiſtentibus.
43 Res inutiles pꝛo nihilo in excuſſioni-
bus habentur.
44 Excuſſionis foꝛma que ſit remiſſiue.
Excuſſio fit de illis bonis tātū que ſine
controuerſia poſſideri poſſunt.
45 Sētētia hypotecarie nō transfert dñiū
in creditoꝛē ⁊ ſentētia lata in ea contra
vnū nō pōt exequi contra alium.
46 Hypotecaria obtenta pꝛo aliqua re q̄
non ſufficit pꝛo toto debito nō tollit ꝑ-
ſonalem in reſiduo.
47 Hypotecaria nō oꝛitur ex obligatione
contracta in diē rectā pendente die niſi
debitoꝛ ſit ſuſpectus de fuga.
48 Hypotecaria datur inſolidū cōtra vnū
ex poſſeſſoꝛibus bonoꝛum obligatoꝛū.
49 Dictio omnis in ſingulari numero eſt
diſtributiua ⁊ attribuit actum cuilibet
inſolidum.
50 Hypotecaria ideo competit inſolidum
qꝛ eſt acceſſoꝛia:ſicut dicitur in pluri-
bus fideiuſſoꝛibus.
51 Hypotecaria que datur pꝛo legatis cō-
tra heredes datur ad inſtar perſona-
lis:nec datur inſolidum ſed ꝓ heredi-
tarijs poꝛtionibus.
52 Hypoteca que datur pꝛo grano vino
⁊ oleo extenditur ad incrementum ſeu
eſtimationem.
53 Creditoꝛ an poſſit pꝛopꝛia autoꝛitate
occupare hypotecam.

¶ Octaue partis pꝛimū membꝛum.

CApiendo itaqꝫ pꝛimū mem-
bꝛū huius octaue partis in
qua videnduꝫ eſt de natura
iſtius actiōis hypotecarie.
¶ Et pꝛo intelligentia pꝛi-
mo pꝛemittendū eſt ꝙ iſta actio hypote-
caria differt ab actione pignoꝛatitia in
quinqꝫ.vt late dictum fuit.ſ.in.vij.par-
te.in.j.membꝛo.nu.i.cum pluribus ſe-
quentibus.vbi abſqꝫ repetitione vide-
re poteris. ¶ Quo pꝛemiſſo pꝛo facilio-
ri intelligentia ponā in materia iſta no-
uem concluſiones:in quibus omnē na-
turam iſtius actionis complectemur.
1 ¶ †Pꝛima igitur concluſio ſit ꝙ iſta a-
ctio hypotecaria differt ab interdicto
ſaluiano in pluribus. Et pꝛimo differt
qꝛ actio hypotecaria de ſui natura auo-
cat ſolā poſſeſſionē rōne iuris hypote-
ce:vt.l.ſicū venditoꝛ.in pꝛin.ff.de euic.
Et iō iudiciū qđ intentatur pꝛo ea dicit
petitoꝛiū.l.pignoꝛis.ff.de pig.ſicut etiā
dicit in rei vendi.que aliqñ auocat poſ-
ſeſſionē tm̄ aliqñ nudā detētationeꝫ ra-
tione



tione dominij:vt.l.officiū.ff.de rei ven.
2 ¶ †Ex quo infertur ꝙ a ſententia lata
ſuper hypotecaria de iure pōt appella-
ri:qꝛ nō eſt cā momētanee poſſeſſionis: 5
ſed ſapit naturā petitoꝛij.vt ſingulari-
ter voluit Bar.in.l.j.C.de ſal.interdi.⁊
ibi Sali.⁊ Floꝛi.⁊ etiā Bar.in.l.j.ff.co.
ti.⁊ firmat Sali.in.l.vni.col.ſi.vj.q.C.ſi
de mo.poſ.fue.ap. In interdicto autem
ſaluiano eſt ſecus:qꝛ illud eſt poſſeſſo-
riū. Et in eo de ſola poſſeſſione cōtendi-
tur.⁊ ideo a ſentētia lata ſuper eo nō lꝫ
appellare de iure ciuili.vt in.d.l.vni.
Jta firmat Bar.in.d.l.j.ff.et.C.de ſalui.
inter.⁊ Ange.de are.inſtitu.de actio.§.
item ſeruiana.in.v.colū.⁊ Coꝛ.in cōſi.
3 cxc.j.volu.in litera.c.⁊ f. ¶ †Et dum di-
ctū eſt nō poſſe appellari de iure ciuili
intellige regulariter. Fallit autē in plu-
ribus caſibus not.per Jaſo.in.l.j.C.de
bo.poſ.ſm tabu. Et hoc niſi per ſtatutuꝫ
eſſet diſpoſitum ſimpliciter ꝙ in cauſa
poſſeſſoꝛij non poſſit appellari:qꝛ tunc
cū ſtatutū contineat iuris iam conceſſi
extenſionē intelligeretur pꝛeciſe pꝛohi-
bere appellationē etiam in caſibus de
iure permiſſis.ne alias reddatur ſuper-
fluum. Jta no. Bald.in.l.ij.C.de appel.
Sequitur Areti.in conſi.cv.in pꝛeſen-
ti dubitatione in fi.quod facit ad cōſti-
tutionem Marchie anchonitane per
quam pꝛohibetur appellatio in cauſa
poſſeſſoꝛij. ¶ Et pꝛedicta pꝛocedunt de
iure ciuili:ſed de iure canonico regula-
riter appellari poteſt etiam a lata ſen-
tentia ſuper mero poſſeſſoꝛio ſecūdū cō- 6
munem opi.vt inquit Sali.in.d.l.vni.
C.ſi de mo.poſ.col.de.Spe.de appel.§.
j.ver.vj.Jo.an.⁊ Abb.poſt alios in.c.cū
ad ſedem.de reſtitu.ſpo.Ang.de are.in
l.ſi.§.iuſſus.col.pe.de appel.Deci⁹ in
cōſi.xxviij.in.iiij.col. Et in hoc conſiſtit
4 pꝛima differētia inter hypotecariam et
ſaluianum interdictū. ¶ †Secunda dif-
ferētia eſt qꝛ interdictū ſaluianū pꝛinci-
paliter fuit introductū in fauoꝛem loca-
toꝛis contra conductoꝛeꝫ pꝛedij ruſtici
pꝛo adipiſcēda.ſ.poſſeſſione rerū tacite
obligatarum pꝛo penſione ſeu affictu ⁊
inductarū in pꝛediū de ſcientia domi-
ni. Et ideo directum cōpetit ſoli locato-
ri cōtra conductoꝛē pꝛedij ruſtici:qꝛ ver-
ba interdicti loquuntur de tali locato-
re ⁊ cōductoꝛe:vt.l.j.in pꝛin.ff.de ſal.in-
ter. ¶ †Et quando in aliqua diſpoſitio-
ne iuris concurrūt verba ⁊ mens legiſ-
latoꝛis tunc habet locum ⁊ oꝛitur actio
directa:vt no.glo.Bar.Alex.⁊ alij in.l.
curatoꝛis.C.de nego.geſt. ¶ Sed qꝛ ex
mēte legis ⁊ dicti interdicti colligitur
ꝙ iſtud interdictū venit etiā dandū lo-
catoꝛi pꝛedij vꝛbani contra inquilinū ⁊
etiā cuilibet creditoꝛi cōtra debitoꝛem
vt declarat Bar.in.d.l.j.in pꝛinci. Jdeo
ex mente legis datur etiā illis iſtud in-
terdictū:ſed qꝛ hoc nō pꝛocedit ex ver-
bis legis:ſed ex mēte tantū.ideo nō da-
tur iſtis directū:ſed vtile interdictuꝫ:vt
ibi declarat Bar.qꝛ quādo habet locū
mens ⁊ nō verba oꝛitur ſolū vtilis ⁊ nō
directa actio:vt per gloſ.⁊ Bart.in.d.l.
curatoꝛis.vnde quādo iſtud interdictū
ſaluianū datur pꝛo adipiſcenda poſſeſ-
ſione bonoꝛū debitoꝛis obligatoꝛū cre-
ditoꝛi exiſtentiū apud tertiū poſſeſſoꝛē:
vel etiā apud debitoꝛē cum tunc detur
ex mente legis:⁊ verba deficiant datur
vtile ⁊ nō directū:vt eſt tex.⁊ ibi decla-
rant glo.Bar.⁊ alij in.d.l.j.in pꝛin.⁊.§.
j.ff.de ſal.inter.⁊ glo.Bar.⁊ Sali.in.l.j.
C.eo.ti. ¶ Et ex hoc reſultat ſecūda dif-
ferentia inter ſaluianū interdictū ⁊ hy-
potecariam:qꝛ quando ſaluianū inter-
dictuꝫ datur cōtra tertium poſſeſſoꝛem
bonoꝛū debitoꝛis eſt vtile. Sed hypote-
caria eſt directa vt declarat Bart.in.l.
ſi.ff.de ſalui.inter. ¶ †Tertia differen-
tia reſultat inter hypotecariam et ſal-
uianum interdictū:qꝛ iſtud interdictuꝫ
(vt dictū eſt):eſt poſſeſſoꝛium.nam da-
tur ſolū reſpectu poſſeſſionis coloni vl'
inquilini vel debitoꝛis:nec pꝛeſuppo-
nit pignus vel hypotecā competere ſu-
per re:qꝛ non fundatur in pꝛopꝛietate
vel dominio:ſed pꝛeſupponit quaſi pi-
gnus:vel quaſi hypotecam in ſola poſ-
ſeſſione pignoꝛantis vel hypotecantis
pꝛout in ſimili dicimus in eo qui ha-
buit titulum a poſſeſſoꝛe bo.fi.qui non
eſt dominus.nam ille nō fundat ſuam
intentionē in dominio:ſed in quaſi do-
minio ex quo cauſatur publiciana:vt

in.c.abbate ſanc.de re iudi.lib.vj.⁊ no.
per gl.⁊ doc.in.l.j.ff.de publi.⁊ inſti.de
acti.§.alie.⁊ declarat ſolenniter Cor.in
conſi.cxc.in litera b.primo volu.Et,pro
pterea in hoc interdicto ſaluiano ſuffi-
cit probare ꝙ colonus vel inquilinus
vel debitor poſſidebat tempore contra
cte obligationis.⁊ ſic ſolā poſſeſſionem
debitoris.¶ Sed in hypotecaria requi
rit̃ alia probatio.vt.j.ſuo loco dicetur
Ita no.glo.⁊ ſequitur Barto.reſpectu
probationis requiſite in iſto interdicto
in.d.l.j.C.de ſal.inter.⁊ in.d.l.j.in prin.
ff.eo.⁊ ſic habes tertiam differentiam.
¶ Et iſtas differentias ponit Barto.in
d.l.j.C.de ſal.inter.poſt glo.ibi.⁊ in.d.l.
j.in princ.⁊.§.j.⁊ in.l.fi.ff.co.⁊ Ange.de
are.inſtit.de acti.§.item ſeruiana.colū.
v.vbi dat cautelam ꝙ ſemper intente-
tur iſtud interdictū obmiſſa hypoteca-
ria propter faciliorē probationē ⁊ alias
vtilitates de quibus ſupra.et dicetur
infra in.iij.parte huius.viij.partis.in
7 vj.cōcluſione.¶ †Et adde predictis ꝙ
ſaluianum interdictū dicitur a Saluio
autore:vt vult Salice.in rubri.C.de ſal
8 ui.inter.¶ †Secunda concluſio eſt cir
ca naturā hypotecarie ꝙ actio hypote
caria ⁊ quaſi ſeruiana idem ſunt:et in
nihilo differunt.vt eſt text.inſti.de act.
§.itē ſeruiana.in prin.⁊ declarat Bart.
in.l.fi.ff.de ſal.inter.dicens ibi glo.eſſe
corruptam.inq̄tum dicit ꝙ aliud eſt in
hypotecaria ⁊ aliud,in quaſi ſeruiana.
non enim debebat dicere in quaſi ſer-
uiana:ſed in ſeruiana.Nam ſeruiana
actio datur pro rebus coloni vel inqui
lini tacite obligatis.⁊ tunc dicitur pro
prie ſeruiana.Sed quando agitur pro
rebus aliter obligatis:tunc dicit̃ quaſi
ſeruiana que eſt idē cū ipſa hypoteca-
ria:vt eſt tex.in.d.§.item ſeruiana.iun-
ctis glo.⁊ not.per Bar.in.d.l.j.ff.de ſal
ui.inter.¶ Et ſic iſta actio ſeruiana vel
quaſi ad idem cōpetit ad quod cōpetit
interdictū ſaluianum:vcʒ ad perſecu-
tionem rerum colonorum ⁊ inquilino-
rum ⁊ etiam aliter obligatorum.⁊ quan
do datur ad res colonorum vel inquili-
norū dicitur ſeruiana.qn̄ aūt competit
ad alias res aliter obligatas dicit̃ qua

ſi ſeruiana veluti improprie⁊ a ſui na-
tura quādo datur cōtra alias res q̄ co-
loni:vel inquilini.vt eſt tex.in.d.§.item
ſeruiana.¶ Seruiana tñ vel quaſi dif-
fert ab interdicto ſaluiano in duobus.
primo qꝛ ſiue ſeruiana detur ad res co
loni vel inquilini:ſiue quaſi ſeruiana
ad res aliorum debitorum ſemper da-
tur directa:ſed quādo ſaluianū interdi
ctū datur ad res inquilini:vel aliorum
debitorum datur vtile:nam directū ſo
lum cōpetit cōtra res coloni:vt no.bar.
in.d.l.fi.ff.de ſal.inter.iūctis no.per cū
in.l.j.in prin.⁊.§.j.eo.ti.Secundo diffe
runt:qꝛ ſeruiana vel quaſi reſpicit pro-
prietatē.interdictū autē ſaluianum re-
ſpicit poſſeſſionē tantū:vnde in ſeruia-
na vel quaſi oportet probare res fuiſſe
colonorū vel inquilinorū vel aliorū de
bitorum.In interdicto aūt ſaluiano ſuf
ficit ꝓbare res per eos fuiſſe poſſeſſas
tēpore contracte obligationis vel poſt
quādo ſumus in generali obligationeʒ
⁊ hypoteca.Ita declarat glo.in.d.§.iteʒ
ſeruiana.in gl.in ver.quaſi.⁊ not.Bart.
in.d.l.j.in prin.ff.de ſalui.inter.¶ Ad-
de etiam ꝙ iſte actiones.ſ.ſeruiana vel
quaſi dicūtur a ſeruando forte hoc mo-
do dicte:qꝛ omne ius aut in acquiren-
do:aut in ſeruando:aut in amittēdo cō-
ſiſtit:vt.l.fi.ff.de legi.ita tʒ gl.in.d.§.itē
ſeruiana.in.d.ꝟ.quaſi.⁊ ſunt iſte actio-
nes pretorie:vt eſt text.in.d.§.item ſer-
uiana.Intellige tu reſpectu approba-
tionis:qꝛ.l.a pretoribꝰ approbate ſunt:
vt.l.ius ciuile.ff.de iuſti.⁊ iure.et.l.j.ff.
cōmo.licet inuente ſint de iure ciuili.d.
l.ius ciuile.Ita declarat Areti.in.d.§.
9 item ſeruiana.in col.fi.¶ †Tertia con
cluſio eſt ꝙ quando agitur contra debi-
torem poteſt in eodem libello cumulari
perſonalis ⁊ hypotecaria:vt in aut.de
fideiuſ.§.ſed neqʒ.Sed iſta cumulatio
fieri non poteſt agendo inſimul contra
debitorem ⁊ tertium poſſeſſorem:qꝛ in
ter eos debet ſeruari ordo vt prius aga
tur contra debitorem et poſtea contra
tertium poſſeſſorem:vt in auten.ſed ho
die.C.de acti.⁊ obli.Ita notant Bald.et
10 Sali.l.fi.eo.tit.¶ †Et ideo non poteſt
agi contra tertium poſſeſſorem hypo-



tecaria niſi prius actū ſit perſonali cō-
tra principalē debitorem vel eius here
des.vel hereditatē iacentē vel fideiuſ-
ſores ſi extant:⁊ niſi prius obtēta ſentē
tia contra eos.vt firmāt Cy.⁊ Bar.in.l.
perſecutione.C.de pig.argu.l.ignoti.ff.
de his que in frau.cred.Et ita etiam te
nent Bal.⁊ Saly.in aut.hoc ſi debitor.
C.de pig.⁊ plene per Alex.in conſi.lj.ꝑ
deciſione.pe.col.v.vol.⁊ in cōſi.c.diſcuſ
ſis ⁊c.pe.col.eo.vol.¶ Et hoc niſi.i ca
ſu notabili:quem ponit Bar.in.d.l.per
ſecutiōe.in verſi.quid dicemus.videli
cet qn̄ lite iam incepta contra debitorē
ipſe debitor alienauit bona hypoteca
ta.nam licet iſto caſu nō contrahat̃ vi-
tium litigioſi quo ad alia.tñ contrahit̃
quo ad hoc vt poſſeſſor habens cauſam
a debitore poſſit cōueniri ante ipſuʒ de
bitorem.ita no.ibi Bar.⁊ ſequunt̃ Bal.
⁊ Saly.in.d.auten.hoc ſi debitor.et no.
Alex.poſt Bart.in.d.l.perſecutione.qđ
eſt perpetuo notandum.¶ Et adde pre
dictis ꝙ multo fortius requirit̃ ꝙ ante
quam agatur hypotecaria contra ter-
tios poſſeſſores debitor principalis ſit
in mora ſoluendi.⁊ ita probetur:vt no.
Bar.in.l.rem alienam.in vlt.col.in ꝟ.
vnum tñ nolo obmittere.ff.de pign.ac.
per.l.debitores.C.de pig.vbi etiaʒ hoc
vult gl.mag.in.fi.⁊ ibi Bar.⁊ Salyce.⁊
Sal.i.l.cū res.C.ſi alie.res pig.da.ſit.
⁊ Ang.de are.inſti.de ac.§.item ſeruia-
na.in.iiij.col.in verſi.vnū addas.quod
eſt etiā valde notandum qꝛ vidi aliquā
do expertos cauſidicos in hoc errare.
11 ¶ †Quarta cōcluſio eſt ꝙ etiaʒ anteq̄
deueniat̃ contra tertum poſſeſſorē per
hypotecariam eſt neceſſaria diſcuſſio
bonorū principalis debitoris ⁊ fideiuſ-
ſorum:vt in.d.aut.hoc ſi debitor.C.de
pig.⁊ ibi gl.Bar.Bal.Saly.⁊ alij.et in
aut.de fideiuſ.§.ſʒ neqʒ ad res.colla.j.
et in aut.ſed hodie.et ibi per doct.C.de
act.⁊ ob.⁊ habetur per Bar.poſt Dy.in
l.iter eos.§.creditor.ff.de fideiuſ.Et ob
miſſa excuſſione quo ad fideiuſſores:ſʒ
inſiſtendo ſolum in excuſſione que re-
quiritur anteq̄ intentetur hypoteca-
ria cōtra tertios poſſeſſores que perti-
net ad tractatum noſtrum.vt iſta mate

ria ordinate expediatur.primo ponam
regulam poſtea ampliationem ad illam:
⁊ demum ſubnectam fallentias.Regula
ergo ſit iam dicta.ſ.ꝙ anteq̄ agatur hy
pothecaria contra tertium poſſeſſorem
debet precedere excuſſio bonorum prin
cipalis debitoris per iura.ſ.proxime al-
legata.¶ Iſta autē regula ampliatur vt
non ſolū debeat precedere excuſſio:ſed
etiam pronunciatio iudicis quod ipſa
excuſſio ſit legitime fctā.ita firmat bar.
in.l.pretor.§.hoc interdictum.ff.de no.
ope.nuncia.⁊ ibi late Alexan.qui deſen
dit et cōprobat opi.bar.⁊ Alex.in.l.fi.in
prin.ff.ſi cer.pe.⁊ latius idē firmat Iaſ.
in.l.ſtipulatio.§.habet autem.ff.de no.
ope.nū.vbi dicit opi.bar.eſſe magis ve
ram et cōem idē latiſſime cōprobat An
ge.de are.inſti.de ac.§.itē ſi qs in frau-
12 dem.col.v.¶ †Itē amplia⁊ declara re-
gu.p̄dictā ſcđo modo.vcʒ ꝙ in tali pro-
nuncia faciēda ſuper excuſſiōe requiri-
tur citatio fideiuſſoꝝ et poſſeſſorū vt cō
cludit Bar.poſt Iac.de are.in.l.decē.ff.
de ver.obli.⁊ opi.Bar.ibi late defendit
cōprobat ⁊ cōem eſſe dicit Iaſ.in.x.col.
in verſ.ſucceſſiue q̄rit Bar.⁊c.Ita etiā
tenet Ang.de are.in.d.§.itē ſi qs in frau
13 dem in.iiij.col.¶ †Tertio amplia ⁊ de-
clara regulā ꝙ talis citatio non dʒ eſſe
gn̄alis:ſed requirit̃ ꝙ ſit ſpālis de fide-
iuſſoribus ⁊ poſſeſſoribus qn̄ ſunt certi
vt per Alex.in ꝯſi.cvj.viſis ⁊c.pe.col.v.
vol.Iſtud tñ de ſpāli citatione intelligi
dʒ in ipſa petitione ꝓnūcie ſuper excuſ
ſione:ſecus aūt an̄ talē petitionē in pro
ceſſu precedēti ꝯ principalē debitorem
nā tūc ſufficit gn̄alis citatio ſm Ioā.de
imo Are.et Alex.in.d.l.decē.ſʒ ibi Iaſ.
in.xij.col.in ꝟſ.ij.principal̃r ⁊c.tʒ indi-
ſtincte ꝙ tā in primordio ꝓceſſus q̄ in
ipſa petitione ꝓnuncie requirat̃ ſpālis
citatio ⁊ nō ſufficiat gn̄alis per funda-
mēta de q̄bꝰ ibi per eum.Et hoc ſm euʒ
p̄terq̄ in vno caſu ſingulari vʒ qn̄ eēt ci
tāda multitudo ꝑſonarū:qꝛ tūc et q̄ ꝑ-
ſone eſſēt certe:tñ ꝓꝑ m̄ltitudinē admit
teret̃ citatio ꝑ p̄conē publicū in gn̄e ita
dicit ſentire Bar in extrauag.ad repmē
dū in ver.citatū ⁊ exp̄ſſe notari p.d.Io.
bap.cacialupū in repe.l.cūctos ꝑplos.

ſn colū.l.C.de ſum.tri.⁊ fi.catho.a quo
Jaſ.dicit ſe didiciſſe hoc ⁊ eſſe paucis
notū ⁊ ꝑpetuo tenendū mēti.¶ Iſta au
14 tem reg.recipit.xij.fall.†Et p̄mo fallit:
qn̄ notorie ꝯſtaret p̄ncipalē debitorē nō
eē ſolnēdo:tūc.n.nō req̄rit̄ excuſſio: vt
hr̄ p gl.Bar.Alex.Jaſ.⁊ alios in.l.fi.in
p̄n.ff.ſi cer.pe.⁊ facit:q: notoriū releuat
ab onere ꝓbandi vt in cle.appellāti.de
app.⁊ hr̄ p legiſ.in.l.ſi ꝟo.§.q̄ pro rei.ff.
qui ſatiſ.cog.dꝫ tn̄ allegari gl.ſing.in.d.
cle.appellāti.Bar.in.l.j.ff.de.excep.In
no.Imo.⁊ Ab.in.c.p̄terea.de dil.Imo.⁊
Philip.in.c.ex p̄te.de app.vn̄ ſi q̄s vel-
let obtinere agendo hypotecaria ꝯ ter
tium poſſeſſorē:nō precedēte excuſſiōe:
deberet ꝓponere ⁊ allegare ꝙ debitor
15 principalis notorie nō ſit ſolnēdo.†Sꝫ
dubitat̄ qn̄ ⁊ quibꝰ modis dicat̄ q̄s no-
torie nō ſolnēdo:⁊ rn̄det̄ ꝙ iſtud inter
alios modos pōt ꝓbari p librū eſtimi
vt hr̄ p Ang.de are.inſti.d̄ ac.§.itē ſi q̄s
in fraudē col.iij.⁊ iiij.p Alex.i.d.l.fi.in
p̄n.i.j.col.ff.ſi cer.pe.latiſſime p Jaſ.in
l.decē. in.viij.col.in ꝟ.iuxta iſtā gl.que
rit Bar.ff.d̄ ꝟ.obli.¶ Itē iſtud ꝓbat qn̄
debitor ceſſit bonis:vel ſi vadit hoſtiatī
mēdicādo vt p Jaſ.in.d.l.decē.in.x.col.
⁊ p Ang.de are.i.d.§.ſi itē q̄s in fraudē.
i.iiij.co.idē eſt ſi debitor erat ꝯdēnatꝰ ꝓ
delicto:⁊ eius bona eſſent fiſco publica
ta vt tꝫ Bar.in.d.l.fi.in p̄n.per gl.ibi:⁊
ibidē Alex.in.j.col.Qui tn̄ iſtud reſtrin
git ꝓcedere quo ad bona debitoris:nā
ſtante publicatione eoꝝ excuſſio nō re
quiritur ſꝫ ꝯ fiſcū bene requirit̄ ex quo
fiſcus dꝫ ſoluere debita illiꝰ cuius bo
na ſunt cōfiſcata:⁊ ita etiā tenet ibi Ja-
ſo.in pe.col.dicēs modernos in hoc cō
muniter tenere cōtra Bar.ꝙuis Abb.
in cōſi.xxix.in.ij.volu.in preſenti.q.⁊c.
pen.col.teneat deciſionē Bar.⁊ reſpon
16 deat argumētis cōtrariis.¶†Secun-
do fallit regula:qn̄ ille qui poſſidet eſſet
vnus de debitoribus puta vnus ex he-
redibꝰ debitoris:q: ſicut qn̄ eſt vnus de
bitor ⁊ ille poſſidet rem hypotecatā po
teſt ſimul ⁊ ſemel cōueniri actione pſo
nali ⁊ hypotecaria vt l autētico de fide-
inſ.§.ſꝫ neqꝫ.⁊ dixi.ſ.in.iij.ꝯcluſione.
ita ⁊ quādo ſunt plures debitores puta-
plures heredes debitoris nā lꝫ quilibet
ex actione perſonali teneat̄ pro portio-
ne hereditaria vt.l.j.C.de here.acti.Ta
men ex hypotecaria pōt vnus ex eis in
ſolidum cōueniri:etiā anteq̄ ceteri diſ-
cutiant̄ ita not.glo.in.l.mulier.ff.q̄ po.
in pi.hab.⁊ ſequitur ibi Bar.dicēs eſſe
notandū.hoc etiā ſequit̄ ibi Salyce.di-
cens eſſe tenendū cordi:ad idē facit qd̄
no.Bar.in.l.ſi creditor.§.ſequitur.in fi.
ff.de diſtrac.pig.⁊ habet̄ in.l.j.⁊ per to-
tum.C.ſi vnus ex plu.here.credi.vel de
17 bi.¶†Tertio fallit reg.qn̄ debitor alie
nauit rem hypotecatā lite pendēte:nam
iſto caſu emptor ſeu poſſeſſor poterit di
miſſo debitore principali ⁊ ante illius
excuſſionē conueniri hypotecaria gloſ.
Ange.⁊ alij in.d.autē.hoc ſi debitor.C.
de pigno.⁊ facit.l.j.ij.⁊ fi.cum auten.ibi
poſita.C.de litigi.⁊ firmat Ang.de are.
in.d.§.item ſi q̄s in fraudē.in fin.quarte
col.in ver.vnum tn̄ tene menti.¶ Quar
to fallit regula qn̄ debitor principalis
conſtituit ſe ſimpliciter vel etiā p̄cario
bona hypotecata tenere pro ſuo credi-
tore iuxta.l.ꝙ meo.in p̄n.ff.de acq̄.poſ.
⁊.l.interdū.eo.tit.Nam tunc ſi debitor
alienet dicta bona q̄ tempore conſtituti
vel precarij p eum detinebātur:poterit
creditor cōuenire poſſeſſorem in quē fa
cta ſit alienatio:tāq̄ ſua poſſeſſione pri-
uatus conditione.l.fi.C.de acqui.poſ.p
tex.ibi in ver.quiſpiam.Ita eleganter
dixit Jac.bu.in.d.aut.hoc ſi debitor.in
fi.⁊ ſequit̄ Jmol.Roma.⁊ Alex.in.l.exi-
tus.ff.de acq̄.poſ.nec iſto caſu requiri-
tur excuſſio bonorū principalis debito
ris vt etiā firmat Alex.vltra p̄dicta in
cōſi.lxxxiij.viſo proceſſu ⁊c.nu.⁊.vj.vo-
lumi.¶ Intellige tu duobus concurren
tibus primo ꝙ probet̄ ꝙ iſta bona poſ-
ſeſſa fuerint per debitorē tempore con-
ſtituti vel precarij iuxta.d.l.qd̄ meo.in
prin.ff.de acqui.poſ.ſcd̄o ꝙ intentet̄ cō
ditio.d.l.fi.C.de acq̄.poſ.non autem hy
potecaria vt no.Bal.i.l.j.C.de reuo.his
que in frau.credi.⁊ late Alexā.in.d.l.ex
itus.in fi.⁊ Areti.in cōſi.cxxvj.in cā.d.
Antonie in vlti.col.⁊ adde hic q̄ ſcripſi
18 ſ.in.i.parte in.j.membro.¶†Quinto
fallit reg.qn̄ pignus fuiſſet per debito-



rem actualiter traditū ipſi creditori:nā
tūc ſi creditor cecidit ab eius poſſeſſiōe
etiā ſua culpa:poſſet illā per hypoteca
riaꝫ recuperare a poſſeſſore:abſqꝫ eo ꝙ
prius habeat excutere principalē debi
torē:⁊ ratio eſt:q: ſi creditor teneretur
iſto caſu prius excutere principalē:agē
do cōtra ipſum debitorē teneret̄ prius
reſtituere illud pignus debitori directa
exceptione pignoratitia cum illud ſua
culpa amiſerit vel exceptiōe doli.l.apd̄
celſum.§.idem querit̄.ff.de excep.doli.
regula ergo procedit qn̄ hypoteca fuit
cōtracta p ſolam cōuentionē abſqꝫ tra-
ditione:tunc em̄ nō pōt agi cōtra tertiū
poſſeſſorē niſi excuſſo principali debito
re vt in iuribus allegatis in regula.Se
cus autem eſt qn̄ pignus traditum fuit
creditori ⁊ creditor cecidit ab illiꝰ poſ
ſeſſione ſua culpa:⁊ iſtā limi.ad dictam
regulam ponit Alex.poſt Raph.in re-
pe.l.ſepe.ff.de re iudi.col.xxx.ver.ſecū
dario dicit̄ quā dicit eſſe valde notan-
dam:⁊ ꝓ ipſa dicit Alex.facere ea q̄ al-
lega.ſunt.ſ.in.iiij.fallē.de clauſula cō-
ſtituti vel precarij.¶ Et pro ea etiā fa-
cit optime tex.i.l.fi.C.de p̄to.pi.vbi eſt
tex.ꝙ ſi creditor cadat a poſſeſſione pi-
gnoris conuentionalis vel pretorij vel
caſu fortuito vel etiaꝫ ſua culpa poteſt
agere ad illiꝰ recuperationē cōtra poſ-
ſeſſorem:⁊ vt dicūt ibi Bal.⁊ Alex.poſt
eum illo caſu nō requiritur excuſſio de
bitoris principalis p no.p Bal.in.l.j.
19 C.de reuo.his q̄ i frau.cred.¶†Sexto
fallit reg.i noīe debitoris obligato cre
ditori:q: ad illud creditor agere pōt vti
li hypotecaria abſqꝫ excuſſione debito
ris principalis ita tenēt Jaco.de are.⁊
Ja.de belui.Ray.Cy.Bar.⁊ Ang.in.l.
nomē.C.que res pi.obli.poſ.⁊ dicit ibi
Ray.ꝙ ita tenet totus mundus:⁊ ratio
eſt ſm̄ p̄dictos doc.q: ius nominis de-
bitoris dicit̄ reſiſtere penes ipſum p̄n-
cipalem debitorē.⁊ qn̄ debitor principa
lis hꝫ penes ſe rem hypotecatā non eſt
neceſſaria excuſſio vt habetur in.d.au-
ten.hoc ſi debitor.idem tꝫ Bar.in.l.gre
ge.§.cū pignori.i fi.ff.de pignor.¶ Ad
idem Bar.in.l.ſi cōuenerit.la ſecūda in
princip.ff.de pig.actio.vbi refert ita te
nere Jac.Bal.Odofre.Alber.papien̄.⁊
Nic.de matta.⁊ cū Bar.tranſit ibi Ra-
pha.Fulg.Idem tenet Jmol.in.l.iulia
nus.§.j.ff.de ver.obli.ita etiā tꝫ Spec.⁊
Jo.an.in.tit.de ꝓcura.§.fi.verſi.ſed qd̄
ſi mihi obligaſti nomen ⁊c.¶ Contra-
riam vero opi.tꝫ Saly.in.d.l.nomē.per
tex.in.d.autē.de fide.§.ſꝫ neqꝫ.vbi vide
tur poni ordo.vt ſemper prius excutiat̄
principalis debitor in ſuis rebus ſcd̄o
in iuribus:ſiue nominibus debitorū.et
demū deueniat̄ ad pignorum poſſeſſo-
res:⁊ pro hoc ſm̄ enim facit etiam id qd̄
ibi no.glo.magna.facit etiam ibi tex.in
verſi.ideꝫ dicere.¶ Nec obſtat ꝙ credi
tor ad nomen obligatū habeat vtilē a-
ctionē ſuo noīe.d.l.nomē.q: illud ſolū
eſt ad ſecuritatē ſui crediti.¶ Non ob-
ſtat ꝙ actio ſit ſemper penes debitorē:
q: hoc nō eſt curandū:ſed attendi debet
penes quē ſint res quas cōſequi volu-
mus vt ptꝫ in hypotecaria quā intenta
re nō poſſumus cōtra extraneos poſſeſ
ſores nō facta excuſſiōe principalis de
bitoris ergo fortius dicendū eſt in alia
que nobis cōpetit ꝓpter ipſam hypote
cam ⁊ ita reſidet Saly.in.d.l.nomē.idē
tenet Saly.i.d.l.grege.§.cū pignori.in
fi.¶ Ang.de are.inſti.de actio.§.itē ſer
uiana.dicit opi.Bart.⁊ ſequacium eſſe
magis cōem:ſed non rn̄det argumētis
Saly.que etiā ipſe refert:eandē opi.an
te Saly.ꝙ etiā in noīe debitoris requi-
ratur excuſſio tenuit Bald.in.l.ij.C.qn̄
fiſ.vel p̄ua.⁊ in.d.l.nomē.⁊ in.l.heredē.
C.de here.actio.p.l.j.C.de cōuen.fiſ.de
bi.lib.x.ſm̄ vnā lecturā.¶ Tamē iſtis
nō obſtantibus indubitāter tenenda eſt
opi.cōis ꝙ.ſ.iſto caſu nō requiratur ex
cuſſio:prout vltra.ſ.allegata tꝫ Alexā.
in cōſi.xv.viſo ⁊ cōſiderato themate.vj.
vol.vlti.col.vbi reſpondet argu.Saly.
iunctis reſponſionibus Specu.in loco
20 ſ.allegato ⁊ Cy.i.d.l.nomē.¶†Septi
mo fallit reg.qn̄ creditor habet ſpecia-
lē ⁊ generalē obligationē in quibꝰ de-
bet agere ſecundum ordinem.l.ij.C.de
pigno.¶ Naꝫ licet talis creditor donec
poteſt ſibi ſatiſfacere in ſpeciali hypo-
teca non poſſit vti generali in preiudi-
cium poſterioris creditoris vt.d.l.ij.

¶ Tamen illa lex non videt̃ habere la
cum quãdo agitur cõtra tertiũ poſſeſſo
rem extraneũ non habẽteꝫ ius hypote
ce in re:ſed ſolum videtur habere locũ
qñ adeſſet ſecũdꝰ creditoꝛ qui haberet
ius hypotece in dicta re ſpãliter vel ge
neraliter in oĩbus bonis:⁊ ꝓpterea nõ
videt̃ ꝙ qñ primus creditoꝛ agit hypo⸗
tecaria cõtra tertiũ poſſeſſoꝛem etiã ꝙ
habeat ſpãlem ⁊ generalẽ hypotecã te⸗
neatur excutere prius de ſpeciali hy⸗
poteca anteꝙ̃ deueniat ad generalẽ iu
xta terminos.d.l.ij.ſed ꝙ tunc ſuo arbi
trio poſſit agere cõtra tertiũ poſſeſſoꝛẽ
iuxta.l.creditoꝛis.ff.de diſtrac.pi.⁊.l.ꝗ
generaliter. in ꝑnc.ff.ꝗ po.in pig.hab.
que leges corrigũtur per.d.l.ij.vt ibi ꝑ
glo.⁊ doc.¶ Et ita tenet Sozi.in conſi.
cxviij.primo aſpectu.ij.vol.in.fi.dupli⸗
cato in cõſi.lxxv.in.iiij.vol.Dicens nõ
reperiri iure cautũ ꝙ qui hꝫ bona ſpe⸗
cialiter ⁊ generaliter obligata nõ poſſit
agere cõtra tertiũ poſſeſſoꝛeꝫ qui nõ ſit
creditoꝛ anteꝙ̃ excutiat bona ſibi gene
raliter obligata ⁊ ita etiã retuli.ſ.in.ij.
membro quinte partis. Nunc autem
ſubtilius conſiderãs inuenio quod gl.
in.d.l.ij.in glo.fi.tenet ꝙ.d.l.ij.habeat
locum etiam qñ extranea ꝑſona poſſi⸗
deret bona bona obligat̃ creditoꝛi:⁊ di⸗
ctam glo.comprobat ibi Barto.dicens
ꝙ eadem eſt ratio ſiue bona poſſidean⸗
tur per debitoꝛẽ ſiue per primũ credito
rem:ſiue per extraneũ poſſeſſoꝛem:naꝫ
ſemper requirit̃ ꝙ primus creditoꝛ ſibi
ſatiſfaciat in bonis ſibi ſpecialiter obli
gatis anteꝙ̃ agat ad bona generaliter
obligata ⁊ dictã gloſ.ſequũtur etiã ibi
Bald.⁊ Saly.et propterea videt̃ reddi
dubitabilis deciſio Sozi.in.d.conſilio.
cxviij. ¶ Niſi dicamus ꝙ intẽtio dicte
glo.⁊ doc.ſ.allegatoꝛũ ſit ꝙ quãdo ex⸗
tat primus ⁊ ſecundus creditoꝛ:⁊ pri⸗
mus hꝫ ſpecialem ⁊ generalem hypo⸗
tecã iuxta terminos.d.l.ij.tunc ſiue bo
na poſſideãtur per ipſum debitoꝛẽ:ſiue
per ipſum creditoꝛẽ primum:ſiue etiaꝫ
per alium extraneum poſſeſſoꝛem non
poſſit primus creditoꝛ in preiudiciũ ſe
cũdi creditoꝛis deſcẽdere ad generalẽ
hypotecã donec ei pꝫ ſatiſfieri in ſpe⸗
ciali hypoteca non autẽ loquat̃ gl.quã
do nullus extat ſecundus creditoꝛ:ſed
ſoluꝫ primus agit cõtra tertiũ poſſeſſo
rem ⁊ nullus alius concurrit creditoꝛ.
Nam tunc talis tertius poſſeſſoꝛ nõ po
teſt excipere cõtra creditoꝛẽ agentẽ:ꝙ
nõ poſſit vti gñali hypoteca:anteꝙ̃ ſi⸗
bi ſatiſfaciat i ſpeciali:quo caſu loquu⸗
tus fuit Sozi.in.d.cõſi.cxviij.¶ Et pro
pterea puto Sozi. rationalibiliter lo⸗
quutum tenẽdo etiã ꝙ creditoꝛ habeat
ſpecialẽ ⁊ gñalem hypotecam:tñ poſſit
experiri ↄtra tertiũ poſſeſſoꝛẽ gñali hy
poteca:nõ facta excuſſione ſpãli: qñ nõ
cõcurrit alius ſecũdus creditoꝛ.⁊ ſic ꝙ
d.l.ij.habeat locũ ſolum quãdo extat ſe
cũdus creditoꝛ nam in illius preiudi⸗
cium nõ põt obmiſſa ſpeciali deueniri
ad generalẽ hypotecã:nõ autẽ quando
nullus alius extat creditoꝛ ⁊ agit̃ ↄtra
tertiũ poſſeſſoꝛẽ.¶ Temperãdo tñ pre⸗
dicta niſi ille tertiꝰ poſſeſſoꝛ emiſſet vel
alio tit.acquiſiuiſſet illa bona a debito
re:⁊ ꝓ obſeruantia.vt cõiter ſolet fieri
in inſtr̃o fuiſſent ſibi obligata bona de⸗
bitoꝛis:qꝛ tunc cum reſpectu obligatio
nis predicte pretẽdat hypotecã:poſſet
excipere de obſeruãtia.d.l.ij.ↄ̃ credito
rem agenteꝫ:⁊ de intellectu.d.l.ij.vide
late ſupra in ſecundo membro quinte
21 partis.¶ †Octauo fallit regula ſecun
dum aliquos in hypoteca legali:quia
in illa nõ videt̃ neceſſaria excuſſio arg.
l.fi.C.cõmu.delega.⁊ iſtud etiã videt̃ ra
tione oſtẽdi poſſe.Nam aut agitur pro
legato in ſpecie:aut pro legato in gene
re:ſi in ſpecie nõ eſt opus excuſſione:qꝛ
ipſa ſpectat ad legatariũ vt dicit Bald.
in rub.C.de his que in frau.credi.circa
prin.ſi in genere bona heredis nõ ſunt
obligata pro legatis:etiã ſi non fecit in
uentariũ:qꝛ lꝫ tunc teneat̃ inſolidũ ad
legata vt in aut.de here.⁊ falc.§.ſi vero
nõ fecerint:tñ nõ reperitur iure cautũ
ꝙ iſto etiã caſu bõa heredis ſint obliga
ta vt eſt caſus not.in.l.j.in fi.Quo au⸗
tem ad bona teſtatoꝛis ꝗ ſunt obligata
pro legatis non eſt opus excuſſiõe:dicẽ
do alia bona teſtatoꝛis extant:qꝛ ꝙ̃uis
extent alia bona:tñ eſt in electione cre⸗
ditoꝛis quãdo ſunt plura bona obliga⸗



ta perſequi inſolidũ ↄ̃ vnum poſſeſſoꝛẽ
quẽ vult.d.l.creditoꝛis.ff.de diſtrac.pi.
⁊ ita firmat Ange.de are.inſti.de actio.
§.item ſeruiana.in pen.col.in verſi.⁊ ꝙ
dixi.ſ.de excuſſione.¶ Tñ puto aduer⸗
tendũ ad hanc fallentiã:qꝛ non credo il
lã de iure ꝓcedere:qꝛ aut querimus an
legatarius poſſit agere pro legatis cõſe
quendis cõtra tertiũ poſſidentem bona
teſtatoꝛis:⁊ tunc nõ eſt dicendum ꝙ hoc
poſſit facere niſi prius facta excuſſione
de bonis teſtatoꝛis exiſtentibus penes
heredẽ vel hereditateꝫ iacentẽ:⁊ in hoc
nõ obſtat.d.l.creditoꝛis.qꝛ ſiue creditoꝛ
ſeu legatarius velit agere ↄ̃ vnũ tantũ
poſſeſſoꝛem ſiue cõtra plures vt diſpo⸗
nit in.d.l.creditoꝛis.omnino dꝫ ꝑcede⸗
re diſcuſſio bonoꝛũ debitoꝛis ⁊ ſic teſta
toꝛis.d.autẽ.hoc ſi debitoꝛ.C.de pigno.
¶ Aut querimus an legatarius poſſit
agere hypotecaria contra vnũ ex here⸗
dibus obmiſſo alioꝛ:⁊ etiam in hoc dicẽ
dum eſt ꝙ non:qꝛ licet in hypo.conuen
tionali poſſit creditoꝛ ↄuenire inſolidũ
vnũ ex obligatis ſeu ex poſſeſſoꝛibꝰ bo⸗
noꝛũ hypotecatoꝛuꝫ p.d.l.creditoꝛis.tñ
in tacita hypo.introducta pro legatis
aliud eſt qꝛ illa non dat̃ contra heredes
inſolidũ:ſed datur pro rata tantũ ad ſi⸗
militudinẽ perſonaliuꝫ actionum vt eſt
tex.in.d.l.j.in fi.C.commu.delega.⁊ ibi
not.glo.⁊ bar.¶ Et ideo puto concludẽ
dũ ꝙ tam in expreſſis ꝙ̃ tacitis hypote
cis anteꝙ̃ agat̃ contra tertios poſſeſſo⸗
res:regulariter requirat̃ excuſſio vt no.
per gl.⁊ doc.in.d.aut.hoc ſi debitoꝛ.duꝫ
gl.opponit de aut.hoc ita.co.ti.⁊ datur
vna ſolutio inter alias ꝙ illa loquat̃ in
expreſſa:et aut.hoc ſi debitoꝛ.in tacita
hyp.⁊ tñ illa ſolutio reprobatur ibi per
gl.⁊ cõmuniter doc.⁊ firmatur cõmuni
ter qđ idem ſit in tacita qđ eſt in expreſ
ſa:⁊ ita etiã tenet Bart.in.l.ſi cõſtãte.in
prin.in.ij.q.tertie.q.princ.ff.ſo.ma.per
allegata ibi per eum ⁊ Alex.in apoſtil.
ad Bal.in.l.j.in prin.in.iij.col.C.cõmu.
delega.licet aliqui tenuerint contrariũ
et male vt ibi per eum:⁊ ita ẽt tꝫ Coꝛ.in
22 cõſi.cclxvij.ꝙ̃ꝙ̃ in fi.pri.vol.¶ †Quin⸗
imo foꝛtius vr̃ dicendũ ꝙ in tacita hy⸗
pote.requirat̃ excuſſio ꝙ̃ in expreſſa:qꝛ
de iure.C.in expreſſa non erat inducta
excuſſio:ſed fuit inducta de iure auten⸗
ticoꝛum per dicta autentica hoc ſi debi
toꝛ.⁊ in coꝛpoꝛe vnde ſumitur:ſed in ta⸗
cita hyp.inducta erat excuſſio de iure
C.⁊ digeſtoꝛũ per.l.moſchis.⁊ ibi glo.⁊
Bar.ff.de iure fiſ.⁊ not.gloſ.in.d.auten.
hoc ſi debitoꝛ.⁊ in coꝛpoꝛe vnde ſumitur
et in.l.iij.§.finali.ff.de adminiſtra.tu⸗
to.vnde non puto eſſe tenendã hanc fal
lentiam:ſed veriorem eſſe opi.qđ tã in
tacita ꝙ in expreſſa hypo.requiratur ex
cuſſio anteꝙ̃ agat̃ contra tertios poſſeſ
ſoꝛes arg.l.cum quid.ff.ſi cer.petatur.
23 ¶ †Nono fallit regula ſm̃ aliquos in
dote.vcꝫ qđ pro eius reſtitutione poſſit
agi hypotecaria cõtra tertios poſſeſſo⸗
res bonoꝛũ mariti vel alterius obligati
aliter nõ excuſſis bonis principalis de
bitoꝛis:⁊ iſtam opin.tenet Roma.in.l.ſi
conſtante.in prin.ff.ſo.ma.dicens ſe ita
conſuluiſſe per gloſ.reputatam ſingula
rem in.l.ſi poſt mancipium.§.j.ff.de eui
ctio.ꝗ vult qđ exceptio prepoſteratiõis
vniꝰ actionis ad aliam eſt de apicibꝰ iu
ris ⁊ idẽ vr̃ in exceptione excuſſiõis vt
ſ.cenſeat̃ de apicibus iuris cũ nõ cõcer
nat facti veritatẽ ꝓut etiã tꝫ Bart.in.l.
j.ad fi.ff.de cõdi.inde.⁊ in.l.cũ ꝗs.ad fi.
C.de iur.⁊ fac.igno.⁊ iđ nõ vr̃ attẽdẽda
vbi igit̃ de bono ⁊ equo ꝓut in cã dotis
in qua agit̃ de publica vtilitate vt.l.j.ff.
ſol.ma.⁊.l.aſſiduis.C.ꝗ po.in pi.hab.qꝛ
ea ꝗ ſunt de apicibꝰ iuris nõ debẽt attẽ
di in cã i qua agit̃ de bono publico.l.ita
vulneratꝰ.ad fi.ff.ad.l.aql.⁊ iſtã opinio
nẽ Romani tꝫ Bal.no.in tract.dotis.in
viij.pte in priuileg.37.¶ Tñ ↄ̃ria opi.
vcꝫ qđ etiã in cã dotis requirat̃ excuſ⸗
ſio vr̃ magis vera ⁊ cõis ⁊ illã tꝫ Barto.
in.d.l.ſi cõſtãte.i.d.ij.q.tertie.q.ꝑncipa
lis ⁊ gl.in.l.vbi adhuc.in ver.ꝗ potioꝛa
iura.C.de iure do.⁊ ibi Cy.i.xj.queſtio.
⁊ etiam Bald.dicens quod licet mulier
in dote habeat plures fauoꝛes et plu⸗
ra priuilegia:tamen quod non reperi⸗
tur habere aliquod priuilegium in ex⸗
cuſſione facienda de bonis mariti iux⸗
ta dicta autentica hoc ſi debitoꝛ.idem
tenet Specula.in titulo de dona.inter
vi.⁊ vxo.§.fina.verſicul.ſed quo iure et

Saly.in.d.l.vbi adhuc.in.xij.q.et plene
Alexã.poſt Bar.in.d.l.ſi conſtante.in.d.
ij.q.tertie partis.Idem tenet Cor.in cõ
ſi.cclxvij.quãq̃.iij.volu.⁊ iſta opi.tanq̃
communis eſt tenenda ſaltem in conſu-
lendo ⁊ iudicando.¶ Quãuis Iaſ.in.d.
l.ſi cõſtãte.car.xj.nu.66.conet.defenſa
re opi.Roma.contra cõmuné vnica ra-
tione:vꝫ ꝙ cum excuſſio ſit introducta
de iure nouiſſimo autenticorum vt in
d.auten.hoc ſi debitor.et in corpore vn-
de ſumitur:q̃uis dicta iura gñaliter et
indiſtincte loquãtur tñ nõ cenſent com
prehẽdere cãm dotis ex quo de ea nõ fa
ciũt ſpecificã mentioné vt ſignanter vo
luit Saly.in.l.fi.in prin.in.iiij.not.p il-
liũ tex.cuꝫ gl.C.de iure do.idé etiã tenet
Iaſ.in.l.j.in.iij.not.in pri.lectura.ff.ſo.
ma.⁊ ſic concludit Iaſ.tam in.d.l.j.q̃ in
d.l.ſi conſtãte.in pn.ꝙ ſtatutũ ſeu lex ge
neraliter loquẽs nõ cõprehẽdit cãm do
tis:⁊ mouet etiam Iaſ.vltra doctrinam
Salyce.in.d.l.fi.per autoritaté Bald.in
conſi.cccxxiij.quemadmodum impera-
tor⁊c.vbi vult quod diſpoſitio.l.omnes.
⁊.l.bene a zenone.C.de quadri.preſcri.
excludens habentes ius vel hypote-
cas in bonis venditis per fiſcũ:non ha-
bet locum in rebus dotalibus venditis
etiã ꝙ dicte.ll.gñaliter ⁊ indiſtincte lo-
quant per rationes per Bal.adductas.
¶ Nã cõtra iſtã deciſioné Iaſ.fundatã:
vt.ſ.tꝫ Decius in conſi.v.⁊ in cõſi.cccj.
vbi latiſſime inſtat:⁊ firmat ꝙ dicta con-
cluſio ita indiſtincte ſumpta vꝫ ꝙ lex
generaliter loquens non comprehẽdat
cauſam dotis non ſit vera ſed ꝙ tunc de
mum procedat quãdo in caſu diſpoſito
per.l.gñalem cauſa dotis inuenitur ſpe
cialiter priuilegiata: prout eſt in caſu
d.l.fi.C.de iure do.in qua diſponitur ꝙ
etiam dos data ab extraneo vltra ſum-
mam taxatam a lege non indigeat inſi-
nuatione:vnde cum dos inueniatur ſpe
cialiter priuilegiata in caſu inſinuatio
nis:congruenter Saly.ibi infert ꝙ ſtan
te ſtatuto gñali quod inſtrumẽta non re
giſtrata in publicis memorialibus non
probent:in tali ſtatuto non comprehen-
dunt inſtrumenta dotalia.ita dicit De-
cius debere intelligi deciſioné Saly.et
ideo ſm eum ſi lex gñaliter loquatur in
caſu in quo dos nõ ſit ſpecialiter priui-
legiata cõprehendet etiam cauſam do-
tis.¶ Tñ licet dicta conſultatio Decij
ſit ſubtilis ⁊ elegans more ſuo:non pu-
to eſſe recedẽdum ab opi.Saly.Bald.et
Iaſ.in locis.ſ.allegatis:vꝫ ꝙ dicta de-
ciſio ꝓcedat indiſtincte abſq; reſtrictio-
ne data p Decium.Nam eandem deci-
ſioné indiſtincte refert ⁊ ſequit Sozin.
in cõſi.46.eleganter.iiij.vol.in.vj.col.
nu.25.verſi.vj.reſponde:eandem etiam
refert inſignis doc.d.Franc.pepus ad-
uocatus florentinus in quodã ſuo cõſi.
inter conſilia Sozi.num̃.76.vias tuas.
in fi.nu.8.eo.volu.lꝫ allegat Saly.in.l.
vbi adhuc.⁊ non in.d.l.fi.per errorem.
¶ Idem etiam tenet Bal.nouel.in tra-
cta.dotis in.vj.parte in ſpeciali.47.in
fi.⁊ in ſeq.in quib⁹ locis doctores gña-
liter intelligunt dictam deciſionem Sa
ly.⁊ ſic non ſolum in caſu in quo dos re
perit ſpecialiter priuilegiata:ſed etiam
in aliis caſibus:⁊ cum iſta ſit communis
opi.vt patet ex quotis.ſ.allegatis :ſal-
tem in cõſulendo ⁊ iudicando non vide
tur ab illa recedẽdum.c.ne innitaris.de
conſti.⁊.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iu-
ris.Preterea etiã in puncto iuris vide-
tur ſuſtentabilis opin.cõmunis:q: lꝫ.d.
l.fi.C.de iure do.ex qua facit ſuam illa-
tioné Saly.loquatur de inſinuatione et
in ea ſpecialiter priuilegiet cãm dotis.
¶ Tñ illatio Saly.eſt remota a termi-
nis inſinuationis:q: Saly.infert ad ſta
tutũ diſponens ꝙ inſtrumenta notario-
rũ non ꝓbent niſi reperiantur regiſtra-
ta in memorialibus publicis ⁊ vult ꝙ
q̃uis tale ſtatutum generaliter loqua-
tur tñ non cõprehendat inſtrumentum
dotis:⁊ tñ in iſto caſu dos nõ inuenitur
priuilegiata in ſpecie de iure:quia lꝫ in
d.l.fi.dicatur ꝙ inſinuatio non ſit neceſ-
ſaria in dote:tñ hoc nõ inuenitur deci-
ſum in deſcriptione facienda in memo-
rialib⁹ publicis.¶ Unde ſm reſtrictio-
né Decij dicta illatio ⁊ deciſio Saly.eſ
ſet falſa.⁊ tñ doc.illam cõiter ſequunt.
¶ Idem etiã probatur per deciſionem
Bal.in.d.ꝯſi.cccxxiij.vbi vult ꝙ diſpo-
ſitio.d.l.oẽs.et.d.l.bene a zenone.q̃uis



gñalis tñ nõ cõprehendat res dotales:
⁊ nihilominus cã dotis in terminis il-
lis non inueniebatur in ſpecie priuile-
giata:⁊ illi conſi.Decius nullum dedit
24 reſponſum. ¶ †Item.l.ꝓmittendo.ff.
de iure do.per quam etiã mouentur do-
ctores firmãtes opi.cõmunem bene vi
det ꝓbare eorũ intentionem:q: ibi eſt
caſus ꝙ omnes cuiuſcũq; ſexus ⁊ cõdi
tionis ſint ꝓmittendo dotem obligant:
⁊ ibi gl.exponit dũ tamen legitime eta-
tis ſint:⁊ ſic per illam.l.nõ remouetur
defectus etatis ⁊ corporis:ſed alij defe
ctus. ¶ Et ideo nõ obſtat reſpõſio.De-
cij ad.d.l.dum dicit ꝙ debet intelligi de
habilibus ad cõtrahendũ:⁊ non de pu-
pillis vel mẽte captis q: fateor hoc eſ-
ſe verũ vt colligit ibi ex glo.Sed nega
ri nõ poteſt ꝙ per illam legé non exclu
datur alia inhabilitas iuris vltra inha-
bilitatem corporis ⁊ intellectus:⁊ ideo
inhabilitas ſexus puta in muliere pro
pter velleianum per qδ prohibẽtur mu
lieres gñaliter pro aliis intercedere vt
in toto titu.ff.⁊.C.ad velle.nõ obſtabit
in ꝓmiſſione dotis:⁊ ſic gñalis diſpoſi-
tio ꝙ mulieres nõ poſſint intercedere:
non cõprehendit interceſſioneꝫ que fit
in cauſa dotis.⁊ hoc modo doctores vo
lunt inducere.d.l.ꝓmittẽdo. nõ aũt eo
modo quo cõſiderauit Decius:vt colli-
gitur etiam ex glo.in.d.l.promittendo.
dum allegat.l.fi.C.ad velle.¶ Nec ob-
ſtat inquantuꝫ Decius fundat ſe in.d.
l.fi.C.ad velle.vꝫ ꝙ ex quo ibi impera
tor decidit ꝙ cã dotis non cõprehẽdat
in velleiano ſequitur qδ ſi iſtud ibi non
fuiſſet deciſum ꝙ illa fuiſſet cõprehen-
ſa:⁊ ſic ſm eum.d.l.fi.retorqueri videt
25 in cõtrariũ. ¶ †Quia põt reſpõderi qδ
lex dꝫ fieri de caſu dubitabili.l.ꝙ labeo
ff.ad carbo.Bal.in.l.volũtas.C.de fidei
cõ.vñ cũ eſſet dubiũ de hoc an.ſ.cã do-
tis cõprehẽderet vel nõ cõprehẽderet
in velleiano:ad tollendũ iſtud dubium
imperator motus fuit ad deciſionem.d.
l.fi.vnde non eſt dicenduꝫ (vt vult De
cius) ꝙ ante.d.l.fi.cã dotis fuiſſet com
prehenſa in velleiano.q: ſi hoc eſſet.d.
l.fi.eſſet correctorie introducta qδ tamẽ
doc.non dicunt:nec eſt dicendum arg.
l.precipimus.C.de appel.ſed potius di
cendum eſt qδ.d.l.fi.introducta fuerit
declaratorie ⁊ deciſorie ſuper caſu du-
bio:⁊ qui prius non erat deciſus in ſpe
cie lꝫ in genere ſic per.d.l.ꝓmittendo.⁊
iſtud probatur per tex.in.l.ſi dotare.C.
ad velle.vbi mater promiſerat dotẽ ge-
nero pro filia:⁊ putabat ſe tutam velle-
iano : ⁊ ibi imperator reſpondet ꝙ iſta
exiſtimatio eſt falſa q: hanc cãm dotis
a dicto beneficio velleiani eſſe remoué
dam prudẽtes viri putauerunt:⁊ ſic eſt
ibi tex.ꝙ iuriſconſulti ẽt ante.ll.editas
ab imperatoribus tenuerũt cãm dotis
non fuiſſe cõprehenſam in velleiano:⁊
hoc põt ꝓbari per.d.l.promittendo ſm
gl.ibi.¶ Concluditur ergo ꝙ ẽt de iure
ff.cã dotis non erat cõprehenſa in vel-
leiano q̃uis generaliter diſponeret de
omni interceſſione facta per mulieres
⁊ hoc fauore dotis.d.l.promitẽdo.⁊.d.l.
fi.C.ad velle.voluit hoc in ſpecie deci-
dere qδ pri⁹ ſub generalitate erat de-
ciſum p.d.l.ꝓmitendo.⁊ hoc ad tollen-
dũ omnẽ dubietatem vt clare probatur
ex.d.l.ſi dotare.iuncta gl.ibi:⁊ ſic patet
etiã in puncto iuris poſſe defendi com
26 muné opi.ꝯ Decium. ¶ †Inſuper ſi eſ
ſemus in terminis in quibus loquitur
Decius in.d.conſiliis:vꝫ ꝙ ſtatutum
diſponeret ꝙ nulla mulier poſſit cõtra-
here ſine certa forma res videretur ma
gis clara:ꝙ talis diſpoſitio non cõpre-
henderet mulierem etiã minorem.xxv.
annis puberem tñ promittenté dotem
pro ſe:q: mulier etiam minor vt dixi po
teſt ſe dotare abſq; curatore:moderate
tñ:⁊ hoc fauore dotis vt.l.j.C.ſi aduer.
5 q̈ audiuiſſe decidi per aliquem. ¶ † In
alijs aūt obligationibus ⁊ contractib⁹
puris: dicendū eſt ꝙ hypotecaria oꝛia
tur indiſtincte a die oꝛte obligationis ꝑ
ſonalis vt habetur in. l. res hypotece.
ff. de pigno. ⁊. l. grege. §. pen. cum. l. ſeq.
eo. tit. ⁊ faciunt not. per Barto. in. l. fide
iuſſoꝛ obligari. in pꝛinci. ff. de fideiuſſo.
6 ¶ † Secundo loco in iſta tertia parte
octaue partis pꝛincipalis vidēdum eſt
que ſint pꝛobanda in hac actione hypo
tecaria: et in hac parte complectendo
totam materiam ⁊ diſtincte ⁊ clare pꝛo
cedendo ponam ſeptem concluſiones.
¶ Pꝛima igitur concluſio ſit ꝙ quādo
agitur cōtra debitoꝛem pꝛincipalē hy-
potecaria ꝙ ſi hypoteca fuit ſpecialis
de aliqua certa re: debet pꝛobari ꝙ de-
bitoꝛ tempoꝛe obligationis illam poſ-
ſederit: ſi autem hypoteca fuit gene
ralis omnium bonoꝛum: ſufficit pꝛoba
re ꝙ poſt contractam obligationem de
bitoꝛ aliquando poſſederit. ita pꝛobat
tex. no. in. l. ⁊ que nondum. §. j. ff. de pi-
gno. ⁊ iſto caſu non eſt neceſſe pꝛobare
de dominio vel quaſi debitoꝛis: ſʒ vt di
ctū eſt ſufficit ꝓbare illius poſſeſſionē:
dūmodo creditoꝛ agens alleget in ſuo
libello ⁊ in poſitionib⁹ dominium debi
toꝛis: nam abſq̄ alia pꝛobatione reſul-
tat pꝛeſumptiua pꝛobatio dominij. Als
ſi nō poneretur de dominio debitoꝛis:
creditoꝛ agens ſuccūberet non obſtāte
ꝙ pꝛobaſſet poſſeſſionem. ita not. Bart.
in. l. rem alienam in. ij. colū. in verſicu.
quero circa iſtam partem ⁊c. ff. de pi-
gno. actio. ⁊ Ang. de areti. inſtitu. de a-
ctio. §. itē ſeruiana. i. iij. col. ⁊ ratio iſti⁹
deciſionis eſt ꝙ qñ debitoꝛ q̄ obligauit

cōuenitur a creditore hypotecaria non
poteſt refricare queſtionem dominij vł
excipere ⁊ negare ſe nō eſſe dominum:
q⁊ ita excipiendo repelleretur per repli
cationem doli vt eſt text. ⁊ ibi not. per
doc. in. l. ſi inter. §. j. ff. de pign. ⁊ ideo ſuf
ficit ꝓbare poſſeſſionem ⁊ allegare do-
minium debitoris ex quo pro eo preſu
mitur: nam preſumptio non requirit ꝓ
bationem: ſed ſufficit eam allegare vt
per Bart. in. l. ſi adulterium cum ince-
ſtu. §. idem pollioni. ff. de adul. ¶ Dum
tamen dictum eſt ꝙ ſufficit probare poſ
ſeſſionem debitoris intellige tu dum-
modo probetur eum bona fide poſſediſ
ſe. vꝫ ꝙ eam poſſedit vt ſuam ⁊ ſic bona
fide. iux. l. titia. ff. ſo. mā cū poſſiderit bo.
fide ⁊ vt ſuam preſumitur dominus; vel
quaſi vt. l. j. C. de pu. fiſ. ⁊. l. ij. C. ne vxor
pro ma. ⁊ ita in predictis firmat Saly-
ce. i. l. cū res. in. v. col. C. ſi alie. res pig. 7
da ſit. ¶ Illud autem qꝺ dictum eſt ꝙ
debitor conuentus hypotecaria non po
teſt negare ſe dominū. per. d. l. ſi inter.
§. j. ff. de pigno. Intellige tu procedere
quando debitor obligauit in ſpecie ali-
quam certam rem. nam cum obligaue-
rit illam expreſſe vt ſuā: ſi nunc negaret
illam fuiſſe ſuam ⁊ ſe nō fuiſſe dominū
conuinceretur de mendacio ⁊ repellere
tur exceptiōe doli. d. l. ſi inter. §. j. ⁊. d. l.
rem alienam. in fi. ſecus autem eſt quā
do debitor omnia ſuā bona obligaſſet
in genere. Nam tunc conuentus ſuper
vna re in ſpecie nō prohibetur debitor
excipere ꝙ illa res nō fuerit ſua: ſed al
terius. dummodo nominet eū cuius di-
cit illam rem eſſe. ⁊ ꝓbet ſe fructus per
cipere nomine illius. alꝭ ſi hoc non ꝓ-
baret ex quo poſſidet ⁊ res preſumitur
eſſe ſua ſuccumberet ⁊ deberet cōdem-
nari. iuxta not. in. l. ij. C. vbi in rem act.
Et facit ꝙ cum ſit preſumptio pro cre-
ditore agente contra debitorez onus ꝓ
bandi transfertur in debitorem. l. ſiue
poſſidetis. C. de ꝓba. Sꝫ ſi debitor exci
peret ꝙ illa res nō ſit ſua ⁊ nominaret
dominū ⁊ ꝓbaret abſolueret: q⁊ in gene
rali obligatione non cōuincitur de mē
dacio: ꝓut in ſpāli: q⁊ ſtant iſta ſimul ꝙ
veraciter debitor obligauerit oia ſua
bona: ⁊ ꝙ iſta res ad quā in ſpecie agit
nō fuerit: nec ſit debitoris. ⁊ ideo ceſſat
diſpoſitio. d. l. ſi inter. §. j. ⁊. d. l. rem alie
nam. §. fi. Et ita refert ⁊ firmat Saly. in
d. l. cuꝫ res. in. v. colū. C. ſi alie. res pig.
da. ſit. ⁊ in. l. rem alienaꝫ. in pe. col. ff. de
pigno. ac. ⁊ ibi Alex. in apoſt. ad Bar. et
Ange. de are. inſtitu. de ac. §. item ſer-
uiana. in. iij. col. in verſi. ⁊ predicta pro-
cedunt in ſpeciali hypoteca. ¶ Item
creditor agens hypotecaria contra de
bitorem debet etiaꝫ probare ꝙ debitor
cōuentus poſſideat etiam tempore mo
ti iudicij: q⁊ cum iſta ſit actio in rem. vt
l. pignoris. ff. de pigno. ⁊. l. pignoris. C.
eo. tit. requirit ꝙ reus conuentus poſ-
ſideat: vt. l. j. C. vbi in rem ac. ⁊. l. j. C. de
alie. iudi. mutan. cau. fac. ⁊ ita in ſpē tꝫ
Pau. de caſt. in. d. l. rem alienam. in pe.
colū. in verſi. qualiter autez ꝓbetur. qꝺ
nota ne erres. ¶ † Secūda cōcluſio eſt
ꝙ quando debitor obligauit rem illius
qui poſtea fuit heres debitoris obliga
uit tamen illam vt propriam non vt a-
lienam. tūc ſi creditor agat contra illuꝫ
qui eſt dominus rei modo effectū here-
dem debitoris hypotecaria heres non
poterit refricare queſtionem dominij: ſi
cut non poſſet ipſe debitor defunctus
q⁊ iſto modo detegeretur mendaciū de-
functi. ⁊ ideo iſto caſu ſufficit probare
poſſeſſionem defuncti tempore contra
cte obligationis ⁊ de preſenti poſſeſſio
nem heredis deducendo et allegando
etiam eius dominium: vt. ſ. in prece-
denti concluſione dictum eſt in principali debitore. vt de hoc eſt text. in. d. l.
rem alienam. in fin. et ibi per docto. ff.
de pigno. act. ¶ Similiter idem dicen
dum eſſet ſi defunctus feciſſet dictam
obligationem et contractum nomine
heredis ⁊ promiſiſſet de rato pro eo. tūc
enim teneretur heres habere ratum
dictum contractum et ſufficeret eadem
ꝓbatio de qua. ſ. Ita not. Pau. de ca. in
l. ſolutū. §. ſolutā. in prin. ⁊ in. d. l. rē alie
nā. i. ij. co. in verſi. ex ſecūda parte. ff. de
pignor. actio. ¶ Sed ſi extra iſtos duos
caſus defunctus obligaſſet rem que nō
erat ſua: ſed erat illius qui poſtea fuit
ſuus heres an tunc recōualeſcat pignꝰ



et competat hypotecaria. habetur per
glo. in. d. l. rem alienam. ⁊ ibi Saly. po-
nentem plenam diſtinctionē. in. iij. col.
⁊ late poſui. ſ. in. ij. parte principali. in
8 ij. mēbro. nu. 5 j. vbi vide. ¶ † Tertia cō-
cluſio eſt qꝺ quando agitur hypoteca-
ria contra tertium poſſeſſorem ſeu aliū
ſingularem ſucceſſorem habentem cau
ſam in pignore ſeu hypoteca a princi-
pali debitore qꝺ ſm magis veram opi.
tenetur creditor probare de dominio di
recto vtili vł quaſi debitoris. Et hoc ſi-
ue ille ſucceſſor pretēdat cauſam lucra-
tiuam ſiue oneroſam: ſiue nullam cau-
ſam. Iſtam opi. tenet Barto. in. d. l. rem
alienam. in. ij. col. ff. de pig. ac. ¶ Repro
bata opi. Cy. in. l. cuꝫ res. C. ſi alieñ. res
pigno. da. ſit. quam ibi Bart. ſequutus
fuit: ſm quam opi. diſtinguebatur inter
cauſam lucratiuā ⁊ cauſam oneroſam.
Nā in lucratiua dicebant ſufficere pro-
bationem que ſufficit contra debitorez
principalē: vt dictū fuit. ſ. in. j. conclu-
ſione in oneroſa autem dicebant requi
ri probationem dominij vel quaſi. arg.
l. apud celſum. §. de auctoris. ff. de doli
except. vbi habetur qꝺ dolus auctoris
obſtat ſingulari ſucceſſori qū vult vti
9 acceſſione ſui auctoris. ¶ † Ad quod re
ſpondet Bar. in. d. l. rem alienā. ꝙ diſpo
ſitio. d. §. de auctoris. habet locum quā-
do ſucceſſor ſingularis agit: tunc enim
dolus auctoris obſtat ſingulari ſucceſ-
ſori: ⁊ habet locū. d. §. de auctoris. Non
aūt hꝫ locū quando ſucceſſor poſſidet ⁊
cōuenitur in iudicio. q⁊ tunc ei indiſtin
cte non nocet dolus auctoris vt. l. an vi
tiū. ff. de diuer. ⁊ temp. preſcrip. ⁊ not. in
l. ij. §. j. ff. de doli excep. vnde cū in termi
nis noſtris tertius poſſeſſor poſſideat ⁊
conueniatur hypotecaria: non autem
agat: non dꝫ ei nocere dolus auctoris
ita not. Bar. in. d. l. rem alienā. ¶ Saly.
vero in. d. l. cū res. ⁊ in. d. l. rē alienā ap
probat opi. Bar. inquantū Bart. repro-
bauit diſtinctionem Cy. inter cauſam
lucratiuaꝫ ⁊ cauſam oneroſam. ¶ Sed 10
inquantū Bar. concluſit qꝺ indiſtincte
creditor agens hypotecaria contra ter
tium poſſeſſorē habentē vel non haben
tem cauſam a debitore teneatur ꝓbare
dñio debitoris: ipſe Saly. tenet contra-
rium ⁊ in hoc ipſe dicit qꝺ ſufficit pro-
bare cōtra tertium poſſeſſorē habentez
cauſam a debitore: ꝙ debitor bona fide
poſſederit: abſqꜫ eo qꝺ de alio illius ti-
tulo probetur: ⁊ mouetur Salyce. q⁊ ex
quo cōſtat iudici ꝙ tertius poſſeſſor di-
ctam rem accepit a debitore vt propriā
ipſius debitoris: ſicut debitor excipien
do qꝺ res non fuit ſua repellitur repli-
catione doli propter mendaciū. d. l. ſi in
ter. §. j. ita dꝫ repelli tertius poſſeſſor q̇
dictam rem accepit vt propriā debito-
ris: ⁊ iſtud corroborat Salyc. pluribus
alijs rationibus perſuaſiuis concludē-
do qꝺ poſſeſſor habens titulū a debito-
re videtur fateri debitorem eſſe domi-
num. ¶ Sed iſtis non obſtantibus opi-
nionem Bar. in. d. l. rem alienam: tenet
Ang. de are. inſti. de actio. in. §. item ſer
uiana. ⁊ dicit illam in practica obſerua
ri preterqꜫ in caſu quādo appareret de-
bitorem alienaſſe in tertiuꝫ poſſeſſorez
cum participatione fraudis in damnū
creditoris ſm Bal. in rub. C. q̇ in fraud.
credi. Et mouetur Areti. ad hoc tenedū
quia creditor pretendit tantum modo
ius in re. vcꝫ hypotecam que non tri-
buit titulū habilem ad acquiſitionem
dominij vel ad vſucapionem: ſed ex ea
poteſt ſolū cōſequi poſſeſſionē vt. l. ſi cū
venditor. i prin. ff. de euictio. ¶ Tertiꝰ
aūt poſſeſſor qui emit bona fide hꝫ titu
lum ⁊ poſſeſſionē de preſenti ergo tan-
tō habens pinguiora iura dꝫ obtinere
ſicut in ſimili dr in petitione heredita-
tis que nō datur ꝯ titulo poſſidentē. vt
l. j. ⁊. ij. C. de peti. heredi. ⁊ facit illud qꝺ
habetur in. l. ſiue{ aūt. §. ſi duobus. ff. de
publicia. Nec obſtat ſm Are. ꝙ preſens
poſſeſſor q̇ hꝫ cauſam a debitore nō poſ
ſit dicere rem nō fuiſſe debitoris: q⁊ rñ-
det ꝙ poſſeſſor ꝯuentus iſtud nō negat
nec affirmat: ſed ſimpliciter dicit habe-
re titulū a debitore vt i ſimili. no. Bar.
in publiciana in. l. pōponiꝰ. §. ſi iuſſus.
ff. de acq̇. poſ. ¶ † Dictā etiā opi. Bart.
in. d. l. rē alienā. tenet Ange. in. l. j. ff. de
publicia. ſuper glo. in ver. a nō dño. vbi
ex no. ibi per glo. colligit qꝺ emptor nō
cenſeꝛ cōfiteri rē eſſe venditoris: ⁊ ideo

ſubdit ꝙ ſi emptor conueniatur: hypotecaria ſuper re empta a creditore venditoris poterit negare rem fuiſſe illius vēditoris nō obſtante qđ ab eo habeat cauſam ⁊ dicit ſe hoc de facto pluries practicaſſe: ⁊ iſtam opiñ. ex fundamento Ang. tenet etiā Alexā. in conſi. cxv. viſo proceſſu in. vj. vol. in fi. vbi etiā dicit qđ Saly. qui tenuit in. d. l. cum res. qđ habens titulū vel cauſam ab aliquo cenſeatur fateri illū eſſe dñm fuit decept⁹: qꝛ eius fundamentū non probat̃ iure: ſed imo contrariū eſt de iure per. d. glo. in. d. l. j. ⁊ ibi per Ang. ¶ Idem etiā firmat Alex. in conſi. xliij. viſis ⁊ ponderatis in. ij. col. in verſi. preterea ad probandū locationē ⁊c. iiij. vol. ⁊ in cōſi. clxxxv. in cauſa appellationis ⁊c. ij. col. verſic. nec etiā dictus. v. vol. vera ergo videt̃ concluſio qđ licet quis habeat cauſam aliquo: ſi conueniatur actione reali poſſit negare illum a quo cauſam habuit non fuiſſe dñm: ſed in caſu contrario vꝫ an ille a quo ego cauſam habeo poſſit negare contra me fuiſſe dñm: dicenduꝫ eſt qđ nō vt tenent Bar. Bal. ⁊ alij in. d. l. cum res. C. de probat. ⁊ Alex. in. l. commodare. in fi. apoſtille magne. ff. cōmo. ⁊ in. l. ſi alienam. poſt Bar. ibi ⁊ alios. ff. ſol. ma. in pri. col. ¶ Ratio autem differentie inter primum ⁊ ſcðm caſum eſt: qꝛ in primo caſu qñ ille qui habet cauſam ab alio negat eum a quo cauſam habet fuiſſe dñm non allegat ſuam turpitudinem nec de mendacio cōuincitur: in ſecundo autem caſu quando ille a quo ego habeo cauſam negat ſe fuiſſe dñm detegit ſuam turpitudinē ⁊ mendaciū ita dicit Alex. in. d. l. ſi alienā. ¶ Et iſtā puto eſſe veram cōcluſionem in hoc articulo ⁊ tenendā: ⁊ per eam apparet qđ quedam diſtinctio quā ponit Paul. de caſt. in. d. l. cum res. in vlt. col. i ver. no. iſtā glo. C. de probat. inquantū dicit qđ ſi tertius poſſeſſor habens cauſam ab 11
vno: cōueniat̃ ab alio aut ipſe agat contra aliū nō prohibet̃ negare illū a quo cauſam habet fuiſſe dñm ⁊ hoc mō procedāt no. per glo. in. d. l. cū res. ſed ſi ille qui hꝫ cauſam ab vno agat ꝯ illū vel ab eo conueniat̃ tūc ad inuicē non poſſunt referre queſtionē dominij: nō eſt vera: qꝛ vt dictū eſt faciēda eſt differētia an ille a quo q̇s hꝫ cauſam neget ſe eſſe dñm ⁊ non poſſit qꝛ allegaret ſuā turpitudinem: an vero ille qui cām hꝫ ab alio neget illum fuiſſe dñm: ⁊ poſſit: qꝛ ex hoc nullam turpitudinē allegat: et hoc ſiue inuicē agant vel cōueniant̃: ſiue contra alios agant vel cōueniant̃ ab alijs: nam ſemper eadē ratio militat et ita ſi recte aduertat̃ tenet glo. in. d. l. cū res. in glo. in ver. in vacuam. ¶ Similiter per iſta tollitur quedā modificatio quam idem Pau. de caſt. in. d. l. rem alienam. dabat ad deciſionē Bar. ibi vꝫ ꝙ deciſio Bart. procedat qñ tertius poſſeſſor nō allegaret ſe habere cauſam a debitore: qꝛ ex quo ipſe hoc nō allegat: non pōt etiam allegari per creditorē: ſed ſi tertius poſſeſſor allegaret ſe habere titulū a debitore tunc nō procedat opi. Bar. quaſi videatur tūc fateri rem fuiſſe in bonis debitoris: quia iſta modificatio Paul. eſt verbalis potius q̄ꝫ realis: quia eadem ratio eſt. ſiue titulus habitus a debitore probetur per creditoreꝫ ſiue alleget̃ per ipſum poſſeſſorē. ¶ Et propterea tenenda eſt concluſio illa ſupra firmata tanq̄ꝫ verior ⁊ cōior ꝙ poſſeſſor conuentus hypotecaria a creditore: etiam qđ habeat titulum vel cauſam a debitore poſſit negare debitorē fuiſſe dñm: qꝛ negando hoc non allegat ſuā turpitudinē: ⁊ ideo creditor agēs debet docere de dominio vel quaſi ſui debitoris alias obtinere non pōt: ſed ſi cauſa ageret̃ cū debitore qui cauſam ⁊ titulū alteri conceſſit: ſiue debitor agat ſiue conueniatur et ſiue iudiciū ſit inter ip̄m ⁊ illū cui cauſam dedit ſiue ſit inter alios: non poterit ille qui cauſam vel titulū dedit alteri negare ſe fuiſſe dñm illius rei: qꝛ hoc negādo allegaret ſuā turpitudinem iuxta concluſionē Alex. in. d. l. ſi alienā. et alia ſupra allegata. ¶ † Quarta cōcluſio eſt que reddit̃ clara ex dictis in precedenti concluſione: qđ creditor hypotecaria agens contra tertium poſſeſſorem non habentē cauſam a debitore dꝫ p̄bare de dñio directo vtili vel quaſi ſui debitoris in re ad quā agit ⁊ in hoc



cōcordant Cy. Bart. ⁊ Saly. ⁊ cōiter alij in. d. l. cū res. C. ſi alie. res pi. da. ſit. et in d. l. rem alienā. C. de pigñ. actio. et ratio iſtius concluſionis eſt: qꝛ hypotecaria non confert titulū habilem ad dominij 12
acquiſitionē nec ad vſucapionē: ſed ſolum ad obtinendā poſſeſſionē: vt. l. ſi cuꝫ venditor. in prin. ff. de euict. ⁊ ideo agēs hypotecaria debet fundare ſuaꝫ intētionem in titulo ⁊ iure ſui debitoris: ⁊ illud probare qđ ipſe debitor teneret̃ probare ſi vellet obtinere cōtra talē poſſeſſorē vt eſt tex. ⁊ ibi no. per gloſſ. ⁊ doc. in. l. ſi ab eo. ff. de pigno. ⁊ ita etiā firmat Ang. de are. in. d. §. itē ſeruiana. in. iiij. col. in ver. quarto caſu principali ⁊c. ¶ Sꝫ circa duas precedentes concluſiones pōt dubitari: quid ſi ex aliqua lege caueret̃ qđ in hypotecaria ſufficeret probare qđ poſſeſſor haberet titulum ſeu cauſam a debitore (vt eſt Florentie vbi ſtatutum ita diſponit) an in tali ſtatuto comprehēdatur nō ſolū ille qui hꝫ titulū proprie ab ipſo debitore: ſed etiā ille qui improprie ⁊ ficte ab eo tituluꝫ ſeu cauſam hꝫ: vt in eo qui miſſus eſt in tenutā auctore pretore in bonis dicti debitoris vel q̇ ex ſcðo decreto iudicis illa bona in ſolutum habuit iuxta. l. non eſt mirū. ff. de pig. act. vbi habetur de tenutario ex primo decreto ⁊. l. j. C. ſi in cauſam iudi. pi. cap. ſit. et. l. ſi ob cauſam. C. de euict. vbi hr̃ de ſcðo decreto: ⁊ in dictis locis dicit̃ qđ factū iudicis reputat̃ factuꝫ partis? 13
¶ Et breuiter dicendū eſt qđ nō: qꝛ adeptus poſſeſſionē ex primo vel ſcðo decreto iudicis: ficte ⁊ improprie dr habere cauſam a debitore: vt habet̃ in dictis iuribus: ⁊ no. Bar. in. l. eleganter. in p̄n. in ver. ad tertiū oppono ⁊c. ff. de pig. ac. vnde cū ſtatutū loquat̃ de habente cām vel titulū a debitore ⁊ loquat̃ preter ius cōe dꝫ intelligi de eo qui proprie ⁊ vere hꝫ cauſam a debitore: non aūt de eo qui ficte ⁊ improprie per tex. iuncta gloſſ. in l. iij. §. hec verba. ⁊ ibi no. Bar. ⁊ Pau. de ca. ff. de neg. ge. ⁊ tāto magis cuꝫ diuerſa ſit ratio qñ quis acquirit titulū vel cām ab ip̄o debitore q̄ꝫ qñ acq̇rit mediāte iudice ⁊ ei⁹ decreto p̄ no. i. l. iuſte poſſidet. ff. de acqui. poſ. ¶ Unde ſtante diuerſitate rationis ſtatutū loquens in caſu vero non dꝫ trahi ad caſuꝫ fictū iuxta not. in. l. gallus. §. ⁊ quid ſi tantū. ff. de libe. ⁊ poſ. ⁊ ita vidi obſeruari in practica ⁊ puto tenendum. ¶ † Pōt etiam dubitari in dicto ſtatuto an illud habeat locū quando poſſeſſor qui cōuenitur hypotecaria non hꝫ cauſam a debitore immediate: ſed mediate: qꝛ. ſ. emit ab alio qui emit ab ipſo debitore? ⁊ puto dicendū qđ ſic: qꝛ probationes que ſufficiebant contra primū emptorē vident̃ etiā ſufficere cōtra ſecūdū iuxta not. per Bar. in. l. ſi ſuperat⁹. in fi. ff. de pignori. ⁊ in. l. ſepe. in fi. ff. de rei iud. ⁊ in. l. ſi mater. §. fina. ff. de excep. rei iud. ⁊ in omnibus dictis locis per Alex. ⁊ no. quaſi in proprijs terminis Sozi. in conſi. lxxxix. in cauſa agitata pri. volu. in verſic. ſi ergo ſatis eſt ⁊c. ¶ Probat̃ etiā quia qñ ſumus in actione reali vel perſonali in reꝫ ſcripta ius agendi qđ competebat contra auctorem cōpetit etiam cōtra eius ſingularem ſucceſſorem vt tenet Bar. in. l. ſi tertius. §. ſi quis prius. in verſi. ſcðo quero vtrū ius agēdi. ff. de aqua plu. arcen. ¶ Unde illud ius qđ competebat creditori contra primū emptorem cōpetere etiā dꝫ cōtra eum qui emit ab illo et ita puto tenendum ⁊ obſeruari vidi in practica ⁊c. ⁊ ita expreſſe loquit̃ dictū ſtatutum Florentinū. vꝫ de habēte cauſam a debitore vel eius ſucceſſore vniuerſali vel ſingulari vnde ceſſat oīs diſputatio ⁊c. ¶ † Quinta cōcluſio eſt ꝙ qñ debitor a principio obligauit ſimpliciter rem que non erat ſua: ſed erat alterius cuius poſtea ipſe debitor fuit effectus heres illa obligatio ⁊ hypoteca ex hoc quod debitor effectus fuit heres domini illius rei reconualuit: ⁊ hoc caſu dabitur creditori vtilis hypotecaria: non directa: qꝛ directa competit qñ a principio pignus potuit cōſtitui et valuit: vtilis aūt competit qñ a principio hypoteca non valuit qꝛ data in re aliena: ſed ex ſuperuenieñti dñio ipſi debitori: fuit cōfirmata: nam lꝫ tunc verba nam ſeruiant: tñ ex mēte legis datur: ⁊ de his habetur in text. iunctis gl. in. d. l. rem alienam. ff. de pigno. actiōe. ¶ Et predicta procedunt quando ſim

pliciter ſuperuenit dominiū ipſi debito
ri: ſed ſi debitoꝛ poſt ſuperuenientiam
dominij declararet expꝛeſſe ꝙ hypote-
ca ex nunc valeret vel illam expꝛeſſe ra
tificaret tunc competeret directa ꝑpter
expꝛeſſionē verboꝝ.ita declarat Paul.
de ca.in.d.l.rem alienā.in.ij.col.in ver.
14 ſequēdo igitur oꝛdinē glo. ¶ †Item in-
tellige iſtam concluſionem qn̄ tempoꝛe
hypotece conſtitute nullum ius compe
tebat debitoꝛi in.d.re ſpecialiter obliga
ta.Nam ſi a pꝛincipio debitoꝛi in dicta
re vel ad dictam rem competijſſet aliqđ
ius:puta quia emerat illam:ſed nondū
fuerat ſibi tradita:tunc obligando illaʒ
cenſeretur obligaſſe actionem perſona-
lem ſibi contra venditoꝛem competen-
tem:⁊ obligatio dicte actionis valeret a
pꝛincipio:⁊ ſi poſtea virtute dicte actio
nis ſibi tradatur res extinguetur obli-
gatio dicte actiōis perſonalis ſicut ex-
tinguitur ipſa actio per traditionem:et
ipſum dominium ſuperueniens ipſi de
bitoꝛi ex cauſa de pꝛeterito oꝛta etiā an
te pignoꝛationem confirmabit hypote-
cam etiam quo ad directam hypoteca-
riam text.eſt ⁊ ibi not.in.l.j.in pꝛinci.ff.
de pigno.et in.l.iij.§.cuʒ ex cauſa.ff.qui
po.in pig.hab.⁊ optime declarat Paul.
de ca.in.d.l.rem alienā.in.ij.col.in ver.
15 nunc circa iſtum paſſum ⁊c. ¶ †Et idem
dicendum eſt ſi tempoꝛe obligationis
debitoꝛ nullum ius habuiſſet in dicta re
nec ad rem:ſed obligauit eam non pu
re:ſed ſub conditione ſi ſua vel cum ſua
erit.Nā licet a pꝛincipio obligatio non
valuerit ſed fuerit in ſuſpenſo:tamē pu
rificata poſtea conditione q2 res effecta
ſit debitoꝛis : valebit obligatio vſqꝫ a
pꝛincipio etiam quo ad directam hypo-
thecariam:nam debitoꝛ verbis expꝛeſ-
ſis voluit obligare adueniente conditio
ne vt eſt tex.in.l.ſi fundus.§.aliena res.
ff.de pigno.Secus autem ſi obligaſſet
pure rem que erat aliena:nam tunc vo-
luit obligationem valere a pꝛincipio:et
quia tunc valere non potuit etiam quod
poſtea ſuperueniat dominium de rigo-
re ipſa hypoteca reconualeſcere non po
teſt obſtante regula cathoniana.vt.l.ce
tera.§.j.ff.de lega.j.ſed de equitate da-
tur vtilis.d.l.rem alienam.In conditiō
nali autē obligatione.vʒ ſi ſua erit:ceſ-
ſante impedimento/valet ꝙ res efficiat
ſua valet etiam de rigoꝛe vt.l.pe.⁊ fi.ff.
de regu.cathonia. ideo datur directa.
16 ¶ †Similiter idem dicendū eſt in obli-
gatione generali omnium bonoꝛuʒ q2.ſ.
ſi debitoꝛ poſt talem obligationem acq-
rat bona:in illis etiam valet hypoteca
quo ad directam hypotecariam:quia in
illis cenſetur contracta obligatio ſub
eadem conditione vʒ ſi ſua erunt ita in-
telligitur.d.l.j.in pꝛin.ff.de pigno.⁊ ita
optime declarat Paul.de ca.in.d.l.rem
alienam.in.ij.col.in verſic.idem ſi non
habeo ius in re nec ad rem ⁊c. ¶ Habes
ergo ex pꝛemiſſis:qn̄ in terminis.d.l.rē
alienam.creditoꝛi directa hypotheca-
ria competat ⁊ qn̄ vtilis.Cuius autem
effectus ſit iſta diſcuſſio.vcʒ an cōpetat
directa vel vtilis videbis infra duʒ tra
17 ctabitur de libello hypotecarie. ¶ †Se-
pta cōcluſio eſt quod ſi debitoꝛ tempoꝛe
obligationis nullum aliud ius habebat
in re hypotecata:niſi ſolam poſſeſſio-
nem:non poſſet creditoꝛ per hypoteca
riam auocare poſſeſſionē ſibi per debi-
toꝛem obligatam:a tertio poſſeſſoꝛe ad
quē dicta res deuenit poſt obligationeʒ
cōtractam ⁊ ratio eſt quia hypoteca ex-
tinguitur peremptione rei hypoteca-
te:puta ſi ſeruus obligatus moꝛiat:ſed
dicta poſſeſſio que erat penes debitoꝛē
tempoꝛe obligationis: ſtatim cum per
eum fuit amiſſa et per alium occupata
extincta fuit:⁊ nouus poſſeſſoꝛ non dici
tur habere illam poſſeſſionē quā pꝛius
habuit debitoꝛ:ſed nouam et diuerſam
ab illa:licet ſecus ſit in dominio vt late
per Iaſ.in.l.j.§.per pꝛocuratoꝛem.ff.de
acquirend.poſſ.Imo ſi debitoꝛ de nouo
inciperet poſſidere etiā in eo noua poſ
ſeſſio diceretur:vt.l.ſi is qui pꝛo empto
re.§.pe.ff.de vſucap.merito nouus poſ-
ſeſſoꝛ non poteſt conueniri hypoteca-
ria pꝛo poſſeſſione ſeu iure poſſidendi:
quod debitoꝛ obligauit.ita ſolenniter
determinat Bar.in.d.l.rem alienam.in
ij.col.in ver.ſed contra hoc oppono ⁊c.
Et cum eo tranſit ibi Salycet.in.v.q.et
idem Salyc.in.d.l.cū res.in fi.C.ſi alie.



res pigno.da.ſit.⁊ ita etiam ante eos te
nuit Cyn.vt ipſi referunt.⁊ firmat ⁊ cō
pꝛobat Ange.de areti.inſtitu.de act.in
§.item ſeruiana.in penult.colū.in glo.
in ver.appellatione ⁊c. ¶ Pꝛedicta ta-
men intellige:niſi res in qua poſſeſſio
fuit obligata creditoꝛi tranſlata fuiſſet
in tertium per debitoꝛem ex contractu
cōmodati:locati: vel ſimili.quia ex hu-
iuſmodi contractibus tranſſertur in re
cipientes quedam detentatio.⁊ dicun-
tur potius eſſe in poſſeſſione ꝙ poſſide
re vt.l.iij.in.fi.ff.de acqui.poſ.⁊ contra
eos agi poteſt per dominum actione in
rem:vt.l.officiuʒ.ff.de rei ven.⁊.l.ſi ven
tri.§.penulti.ff.de pꝛiui.credi.Sicut er
go poſſunt conueniri actione in reʒ ita
dicenduʒ eſt eos poſſe conueniri hypo
tecaria pꝛo illo iure poſſeſſionis ad ſi-
militudinem actionis in rem.Et tales
detentatoꝛes tranſſerent in creditoꝛem
agentem hypotecaria ꝙtum in eis eſt.
ſ.illam detentationem ſicut dicimus in
rei vendicatione.d.l.officiuʒ.cum eniʒ
tales potuerint per debitoꝛem cōueni
ri actione in rem ad dictam detentatio-
nem.d.l.officium.illa actio de futuro
cōpetitur a debitoꝛi fuit obligata per
ipſum in generali obligatiōe bonoꝛū.
et ideo illa poteſt intentari vtiliter per
creditoꝛem.iuxta.l.nomē.C.q̄ res pig.
obli.poſ.ita declarant Bart.et Saly.in
d.l.rem alienā.in verſiculis.ſ.allega-
tis.⁊ ſequitur etiā Saly.in.d.l.nomen.
Et faciunt notata per eundem Saly.in
d.l.nomen.in vlti.q.Et ita firmat Alex.
in conſi.cxij.viſo quodam ⁊c.vj.vol.nu.
18 j. ¶ †Et licet vt dictum eſt quando fuit
obligata ſola poſſeſſio ⁊ illa fuit amiſſa
per debitoꝛem non poſſit agi hypote-
caria contra tertium poſſeſſoꝛem extra
caſus pꝛime notatos.Tamē bene po-
terit auocari per creditoꝛeʒ vtili inter-
dicto qđ directo cōpetit debitoꝛi.iuxta
d.l.nomen.Nam cum debitoꝛ pꝛiuatus
fuit a tertio ſua poſſeſſiōe incepit ei cō
petere interdictuʒ poſſeſſoꝛiū directū.
⁊ illud tempoꝛe obligationis fuit obli-
gatū in generali obligatiōe bonoꝝ:me
rito creditoꝛ illud vtiliter intētare pote
rit.d.l.nomē.ſed nō hypotecariam.ita
ſubiūgit Bar.in.d.l.rē alienā.in.iij.co
lū.in verſi.itē oppono contra pꝛedicta.
que oia bene nota vt effugias equiuo-
19 cationē:et ſcias bn̄ pꝛacticare. ¶ †Se-
ptima cōcluſio eſt ꝙ dicta.ſ.in pꝛecedē
tibus cōcluſionibus pꝛocedunt quo ad
actionem hypotecariam.ſʒ in vtili ſal-
uiano interdicto qđ eſt poſſeſſoꝛiū ⁊ cō
petit cuilibet creditoꝛi hypotecarioꝛ
vt declarat Bart.in.l.j.ff.⁊.C.de ſal.in-
terdi.⁊ competit etiā contra extraneos
poſſeſſoꝛes : vt.d.l.j.§.j.ibi extraneos
poſſeſſoꝛes.ff.de ſal. inter.vt dixi.ſ.in
iſta.viij.pte nu.5.⁊.6.ſufficit agenti ex
eo ad obtinēdū victoꝛiā ꝓbare poſſeſſio
nem debitoꝛis de pꝛeterito vʒ tempoꝛe
obligatiōis vel poſtea ⁊ poſſeſſionē cō-
ucti de pꝛ̄ſenti.nam ſicut ſi debitoꝛ ami-
ſiſſet ſuā poſſeſſionē potuiſſet eam auo-
care a tertio poſſeſſoꝛe aliq̄ directo in-
terdicto:ſic etiā creditoꝛ illius qui ha-
bet obligata oia bona et iura debitoꝛis
poterit dictā poſſeſſionē vtili iterdicto
ſaluiano auocare a.iij.poſſeſſoꝛe.Et ſi-
cut debitoꝛ in directo interdicto obti-
nuiſſet victoꝛiā ꝓbādo de ſua antiquio
ri poſſeſſione:ita dʒ obtinere ei⁹ credi-
toꝛ i vtili ſaluiano interdicto.ita decla-
rat Bart.in.d.l.rē alienā.l.iij.col.in ꝟ.
itē oppono cōtra pꝛedicta.Et cū Bart.
trāſeunt ibi Pau.de ca.⁊ Saly.⁊ Saly.
in.l.cū res.in vlti.col.in ver.q̄ro nunc
tertio ⁊c.C.ſi alie.res pig.da.ſit.⁊ Ang.
de aret.in.d.§.itē ſeruiana.in ꝟſi.⁊ ad-
uertas ſm̄ Bar.in.d.l.rem alienam ⁊c.
Admonēs ibi aduocatum actoꝛis vt ob
miſſa hypotecaria ſemper intentet ſal-
uianū interdictū in quo ſufficit ꝓbatio
poſſeſſiōis debitoꝛis abſqꝫ pꝛobatione
dominij.⁊ habet p Alex.in cōſi.clxxxv.
in cā ⁊c.nu.iiij.vj.vo. ¶ Et ſi quiſpiā di
ceret fatu⁹ erit q̄libet qui de cetero in
tentabit hypotecariā ſi ſemp poteſt in-
tētare ſaluianū interdictū et ſic ſuper-
flua videtur hypotecaria. ¶ Rn̄deo ꝙ
pōt dari caſus in quo actoꝛ cogetur in-
tētare hypotecariā.puta qn̄ debitoꝛ hy
potecaſſet rē:q̄ erat in bonis ſuis tpe
obligatiōis:ſʒ eā nō poſſidebat.nā po-
tuit d̄bitoꝛ obli.rē ſuā:lʒ ali⁹ poſſideret
illā.⁊ iſto caſu cū fuerit obli.ius ꝓpete

tis ꝛ non. ius poſſeſſionis.qđ nõ habe⸗
bat debitoꝛ nõ poterit intentari ſaluia⸗
num interdictum quod eſt poſſeſſoꝛiuʒ
ſed erit neceſſe intentare hypotecariã.
Et ita declarat Pau.de caſtr.in.d.l.rem
alienã.in vlti.colũ.dicens ex p̄dictis
iſta duo remedia non eſſe ſuperflua.
¶ Intellige tamen quod dictum eſt qñ
tempoꝛe obligationis non competebat
aliquod interdictum poſſeſſoꝛium debi
toꝛi pꝛo ſua poſſeſſione.puta quia cul⸗
pa ſua ceciderat vel alia ex cauſa:nam
ſi competiiſſet aliquod interdictũ:tunc
creditoꝛ habẽs illud obligatum poſſet
vtiliter illud intentare:vt.d.l.nomen.ꝛ
dictum fuit.ſ.vel intellige quando de⸗
bitoꝛ obligaſſet bona mobilia ꝛ immo⸗
bilia.nam tunc cum in tali obligatione
non veniſſent iura ꝛ actiones:vt.l.a di⸗
uo pio.§.in venditiõe.ff.de re iudi.ꝛ.l.
quam tuberonis.§.pe.ff.de pecu.leg.et
dixi late.ſ.in.ij.mẽbꝛo ſecunde partis:
nu.9.nõ poſſet creditoꝛ intentare vtili⸗
ter interdictum quod directo pꝛo auo⸗
catiõe poſſeſſionis competeret debito
ri:ſʒ opus eſſet intentare hypotecariã
et multi alij caſus poſſent cõſiderari in
quibus non ſeruiret ſaluianum interdi
ctum:ſed neceſſe eſſet intẽtare hypote⸗
cariam.quos obmitto tanquam minus
neceſſarios.Ed adde p̄miſſis que ſub
dam.j.in materia libelli.¶ Ultimo lo⸗
co in hac.iij.parte iſti⁹.viij.partis p̄n.
videnda ſunt ea que pertinent ad libel⸗
lum hypotecarie actiõis ꝛ ſaluiani in⸗
terdicti vtilis.Et pꝛimo ponã que ſunt
narranda ꝛ deducenda in libello actio⸗
nis hypotecarie tam directe quam vti⸗
lis:ſecundo ſubdã de libello vtilis ſal⸗
uiani interdicti.
¶ Capiendo itaqꝫ libellum hypoteca⸗
rie actionis.Notandum eſt quod pꝛout
actio hypotecaria aliquando datur di⸗
recta:ꝛ aliqñ vtilis:ꝛ aliquando contra
debitoꝛem pꝛincipalẽ vel eius heredeʒ
ꝛ aliqñ contra tertios poſſeſſoꝛes.et in
dictis caſib⁹ poſite ſunt diuerſe cõclu⸗
ſiones habentes diuerſas cõſideratio
nes:vt.ſ.in ſeptem p̄cedentibus cõ⸗
cluſiõibus eſt demonſtratũ ita diuerſe
foꝛme libelli ſeruande ſunt.ꝛ iõ ne fiat

inculcatio ꝛ incutrat equiuocatio de
20 vnaquaqꝫ videndũ eſt.¶ †Pꝛimo itaqꝫ
circa directã hypotecariam narrandũ
eſt in libello ꝙ res ad quaʒ agit̃ fuit in
bonis debitoꝛis tẽpoꝛe obligatiõis cõ⸗
tracte ꝛ alia ex quibus depꝛehendat̃ ꝙ
directa hypotecaria intentatur .iuxta
ea que dixi.ſ.in hac.viij.parte.in.v.cõ
clu.nume.38.cuʒ ſeq.¶ In vtili autem
hypotecaria narrari debet qđ illa res
ſuperuenit ꝛ effecta fuit de bonis debi
toꝛis poſt obligationem contractam.et
alia ex quibus datur vtilis hypoteca⸗
ria:vt habetur in.d.v.conclu.et ea que
narrantur ſunt etiam pꝛobanda: ita ꝙ
ſi narretur foꝛma directe. videlicet qđ
res fuit in bonis debitoꝛis tẽpoꝛe obli
gationis contracte.et pꝛobetur qđ illa
res ſuperuenit in bonis debitoꝛis poſt
obligationem contractam agens ſuccũ
beret:ꝛ ſimiliter econuerſo.qꝛ hoc mo⸗
do intentaſſet vnam actionem et ꝓbaſ⸗
ſet in alia que non eſſet intentata:et in
qua nõ eſſet lis conteſtata.ꝛ ſic nõ poſ⸗
ſet obtinere.l.non põt videri.ff.de iu⸗
di.ꝛ.l.habebat.ff.de iſtito.ita magiſtra
liter no.Pau.de ca.in.d.l.rem alienaʒ.
in fi.iij.col.in ꝟ.ſʒ iſte text.facit ad vnã
21 q.¶ †Et ſubdit ibi ꝙ ſi agens deduce⸗
ret alternatiue vtrãqꝫ foꝛmam actiõis
directe ꝛ vtilis.Narrando ꝙ dicta res
erat in bonis debitoꝛis tẽpoꝛe obliga⸗
tionis cõtracte:vel quod poſtea effecta
fuit de bonis debitoꝛis:poſſet reus ex⸗
cipere ꝙ actoꝛ declaret ſup̄ qua actio⸗
ne velit inſiſtere.qꝛ actoꝛ hoc modo vi⸗
detur intentaſſe duas actiones incom⸗
paſſibiles.ꝯtra not.in.l.j.C.đ fur.ꝛ hoc
niſi foꝛte talis incertitudo pꝛoueniſſet
ex facto rei.iuxta not.in.l.j.§.qđ ait.ff.
quo.leg.ſed ſi reus nõ exciperet ꝓcede
ret libellus ꝛ in quacũqꝫ dcãꝝ actionũ
actoꝛ pꝛobaret obtineret.iuxta no.in.l.
fi.C.de anna.exce.Ita dicit Paul.in.d.
l.rem alienã.ꝛ hoc mõ ſunt intelligen⸗
da et deducenda ad pꝛacticam notata.
22 ſ.in.d.v.concluſione.¶ †Scđo quãdo
agitur hypotecaria cõtra ip̄m debitoꝛẽ
pꝛincipalem:tunc ſi ſumus in ſpeciali
obligatione alicuius certe rei:dʒ narra
ri in libello ꝛ poſtea pꝛobari quod debi



toꝛ illam poſſedit tempoꝛe obligatiõis
contracte.Si autem ſumus in generali
obligatione omniũ bonoꝝ:ſufficit nar⸗
rare in libello ꝛ pꝛobare ꝙ debitoꝛ poſt
contractam obligationem aliqñ dictaʒ
rem poſſedit vtroqꝫ tñ caſu vltra poſſeſ
ſionem narrandã ꝛ pꝛobandam cuʒ bo⸗
na fide debet allegari ꝛ poni ſeu articu
lari ꝙ dominium directũ vtile vel qua⸗
ſi ſpectat ad debitoꝛem.hoc tñ nõ eſt ꝓ⸗
bandum de neceſſitate:ſed ponendũ tã
tum.vt latius deductũ ꝛ pꝛobatuʒ fuit.
ſ.in pꝛima cõcluſione. Similiter quã⸗
do agitur hypotecaria ad bona here⸗
dis que fuerũt obligata per defunctuʒ
debitoꝛẽ in caſibus in quibus obliga⸗
tio valuit.iuxta notata.ſ.in.ij.conclu⸗
ſione narranda et pꝛobãda eſt poſſeſſio
debitoꝛis cũ bona fide.ꝛ allegandũ do⸗
minium:vt ſupꝛa in.d.j.ꝛ.ij.cõcluſione
deductũ fuit.ꝛ etiam eſt narrãda ꝛ pꝛo⸗
banda poſſeſſio de p̄ſenti illius cõtra
quem agit̃:vt in.d.j.concluſione fuit di
ctum.¶ Tertio qñ agitur contra tertiũ
poſſeſſoꝛem hypotecaria eſt narranduʒ
in libello.ꝛ poſtea pꝛobandũ dominium
directũ debitoꝛis vel vtile vel quaſi:vt
de directo habet̃ in.l.ij.ꝛ.in.l.aliena.et
in.l.tutoꝛ.in pꝛin.ff.de pigno.actio.De
vtili aũt habetur.i.l.tutoꝛ.§.fi.et i.l.lex
vectigalis.ff.de pig.De q̄ſi ꝟo dñio ha
bet̃ in.l.ſi rẽ alienã.la ſecũda.ff. de pig.
actio.declarando vt ibi per Bar.ꝛ Sa⸗
lyc.ꝛ ita firmat Bar.in.d.l.rem alienã.
in.j.col.in verſi.tu dic clarius ꝛc.Et ibi
dem Saly.in.iij.col.in verſi.nũc venio
ad.q.ꝛ no.Bar.in.l.ſi ab eo.ff.de pign.
¶ Et quãuis vnum de tribus p̄dictis
ſufficiat ad obtinendũ in hypotecaria:
ꝛ per ꝯñs ſufficiat vnum narrare in li⸗
bello ꝛ pꝛobare.Tñ omnia tria poſſunt
ſimul in libello cumulari dicendo dictã
rem ſpectaſſe ꝛ pertinuiſſe ꝛ ſpectare ꝛ
ꝑtinere ad debitoꝛẽ iure directi domi⸗
nij vtilis vel quaſi.pꝛout in ſimili dicit̃
in libello rei vendicationis:vt not.gl.ꝛ
Aretinus inſtit.de actionibus.§.alie.ꝛ
habet̃ in capi.abbate ſane.de re iudi⸗
ca.lib.vj.qꝛ non põt aſſignari ratio di⸗
uerſitatis inter rei vendicationẽ ꝛ hy⸗
potecariam. ¶ Et ſicut ſi ipſe debitoꝛ

ageret rei vẽdicatione ad dictã rem nõ
teneret̃ expꝛimere cãm dominij directi
vtilis vel quaſi.vt.l.ꝛ an eadem.§.actio
nes.ꝛ ibi no.ff.de exceptio.rei iudi.Ita
ꝛ creditoꝛ agens hypotecaria cõtra ter
tium poſſeſſoꝛẽ non tenetur cãm domi⸗
nij dicere.vt vult Bart.in.d.l.rẽ alienã.
in penul.colũ.in verſicu.ex p̄dictis li
quet ꝛc.Et ibidem Saly.in.iij.colũ. in
verſi.que ergo ſunt illa ꝛc.ꝛ in verſicu.
quero ſecũdo ꝛc.ꝛ idem Saly.in.l.cum
res.in tertia.q.C.ſi alie.res pign.da.ſit.
¶ Item adde ꝙ etiam ſi nullum dicto⸗
rum trium narret̃ in libello ſed ſimpli⸗
citer dicatur ꝙ tempoꝛe obligatiõis cõ
tracte res fuit i bonis debitoꝛis ꝓcede
ret libellus in hypotecaria per.l.ꝛ que
nondũ.§.qđ dicit̃.ff.de pign.ita ibi vult
Bar.ꝛ tenet Saly.in.d.l.rem alienam.
in.iij.col.in ꝟſi.ſed adde ꝙ licet expꝛeſ
23 ſim ꝛc. ¶ †Et rõ eſt qꝛ res dicitur eſſe
in bonis:qñ nõ poſſidẽs haberet actio⸗
nem ad illã.ꝛ qñ poſſidens hʒ ꝓ illa ex
ceptionẽ:vt.l.rẽ in bonis.ff.de acquirẽ.
re.domi.ꝛ no.Bar.in.d.l.rem alienam.
in.ij.colum.in ver.ꝛ ſic ex p̄dictis pa
tet.Item dicitur eſſe in bonis illa res
quã quis bona fide poſſidet vt ſuam.l.
ſeruos.in pꝛinci.ff.de lega.iij.ꝛ.l.bono
rum.§.in bonis.ff.de verb.ſig.ꝛ ſic iſta
pꝛopoſitio res eſt in bonis poteſt com⸗
pꝛehendere quodcunqꝫ ex p̄dictis:vi
delicet dominiũ directũ vtile vel quaſi
ꝛ etiã ſolã poſſeſſionẽ bona fide.vt etiaʒ
declarat Sal.in.d.l.rem alienã.in.iij.
col.ꝛ habetur per Alex.in cõſi.cxij.vi⸗
ſo.quodam ꝛc.nu.7.vj.volu.vnde libel
lus conceptus dicto modo.videlicet ꝙ
res fuit in bonis debitoꝛis poteſt ada⸗
ptari ad quãlibet foꝛmã ſupꝛadictam.et
ſuper eo poſſunt poſtea adaptari pꝛo⸗
bationes neceſſarie:vcʒ contra debito⸗
rem ꝛ etiã eius heredẽ ꝛ tertios poſſeſ
ſoꝛes:ꝛ libellus ſaluabitur ꝛ procedet.
¶ Quarto requiritur in libello hypote
cario ꝙ narretur debitum.videlicet ꝓ
quo ꝛ quãto debito res ſit obligata.naʒ
cum res poſſit eſſe obligata ex diuerſis
debitis:debet narrari pꝛo quo debito
ſit obligata:licet dominium non poſſit
eſſe niſi vnum.et ideo eius cauſa nõ eſt

erpꝛimēda de neceſſitate.vt.l.et an ea=
dem.§.actiones.⁊ ibi gl.parua.ff.de ex
ceptione rei iudica.Jta not.Bartol.in
dicta.l.rem alienam.in tertia colum.in
verſi.item habet narrare ⁊c.et ſequitur
ibi Saly.in tertia.q.⁊ in dicta.l.cū res.
in quarta queſtio. ¶ Quinto reqritur
ꝙ in libello narretur quod debitoꝛ fuit
in moꝛa ſoluendi et non ſoluit:⁊ ſi agat
contra tertium poſſeſſoꝛem debet etiaʒ
narrari excuſſioneʒ eſſe legitime factā
vel aliqd quod idē impoꝛtet vt in aut.
hoc ſi debitoꝛ.C.de pign.⁊ not.Saly.in
d.l.rem alienaʒ.in.iiij.q.⁊ in.d.l.cū rē.
24 in.v.q. ¶ † Sexto viddēum eſt qūo de=
beat cōcludi in libello hypotecario?et
in hoc Bar.in.d.l.rem alienā.in.iij.co=
lum.in verſi,quero qualiter concludat
dicit quod aliqui doct.voluerunt quod
ſicut in rei vendicatione actoꝛ cōcludē=
do petere debet declarari rē ad ſe per=
tinere iure dominij vel quaſi ita in hy=
potecaria creditoꝛ debeat concluden=
do petere declarari reʒ ſibi obligatam
eſſe et conuentum cogi ad reſtituendū
et hoc dicit ſatis ſibi placere. ¶ Tamē
ſubdit quod communis conſuetudo ſe
habet quod concludatur. Quare peto
dictum reum conuentum cogi ad tra=
dendum poſſeſſionem dicte rei detinē=
dam in cauſam pignoꝛis vel dic tu loco
pignoꝛis ⁊ hypotece pꝛo quantitate de
bita:adde tu ⁊ pꝛo expēſis donec de pꝛe
dictis fuerit ſatiſſactum ⁊ hunc libellū
dicit Bar.ibi optime pꝛocedere per.l.ſi
cum vēditoꝛ.in pꝛinc.ff.de euictio.⁊ ibi
ſequit Salyc.in.v.q.⁊ in.d.l.cū res.in
vj.q.⁊ Ang.de are.in.d.§.itē ſeruiana.
in fine:ponit etiam Bar.in.d.l.rē alie=
nam. in.d.verſi.alios modos concludē
di:quos refert Aret.in.d.§.item ſeruia
na.in fine.ſed vt dicit Bar.optim⁹ mo=
dus eſt ille qui fuit ſupꝛa relatus queʒ
ſeruat cōſuetudo et illum ſeruabis ⁊c.
25 ¶ † Septimo dubitari poſſet quando
eſſet pꝛobandum dominium quomodo
illud pꝛobari poſſit?⁊ Bart.in.d.l.rem
alienam. in.ij.col.in verſ.ad pꝛobandū
autem dominium dat modum pꝛoban=
di per pꝛeſcriptionem vel vſucapionē.
videlicet pꝛobādo poſſeſſionem.xxx.an
noꝛum vel.xl.vel longi tempoꝛis cum
ti.in rebus immobilibus:in rebus au=
tem mobilibus pꝛobando poſſeſſionem
triennalem cū titulo:verum qꝛ talis ꝓ=
batio eſt difficilis.ideo dat alium mo=
dum vcʒ ꝙ ponatur ⁊ pꝛobetur qđ debi
toꝛ poſſedit rem aliquo modo tempoꝛe
obligationis cōtracte ⁊ poſtea ponere
quod illa res eo tpe quo poſſeſſoꝛ.ſ.de=
bitoꝛ incepit eā poſſidere erat in nulli⁹
bonis vt ibi ꝑ Bart. ¶ Sʒ Saly.in hoc
ibi ⁊ in.d.l.cum res. ad fi.tʒ cōtra Bar.
per rōnes quas ibi adducit ⁊ iſtū articu
lū late reaſſumit Alexā.in.l.rē quā no=
bis.in pen.⁊ vlt.col.ff.de acq.poſ. ¶ Et
tandē concludit ꝙ opi.Bart.nō ꝓcedat
niſi mittant nuncij ⁊ exploꝛatoꝛes ꝑ iu=
dicē ꝗ inqrāt ⁊ referāt an añ tēpus quo
talis incepit poſſidere ali⁹ fuerit dñs
illius rei:qꝛ ſi tales nūcij referāt nullū
aliū fuiſſe añ dominū tūc ꝓcedet doctri
na Bar.in.d.l.rē alienā.⁊ non alr:⁊ hoc
per no.⁊ ꝑ eundē Bar.in.l.in illa ſtipu=
latiōe ſi calēdis.ff.de ver.obli.ita reſi=
det ibi Alex.vbi remiſſiue ponit etiam
alios modos ꝓbandi dominiū:⁊ qñ eſ=
ſet neceſſarium in iudicio hypotecario
ꝓbare dñiū ſcđm cōcluſiōes ſupꝛa rela
tas recurre ad eū in.d.l.reʒ quā nobis.
26 ¶ † Reſtat modo aliquid ponere ſuper
libello vtilis ſaluiani interdicti qđ ho
die in pallatijs magis frequentatur ꝙ̄
actio hypotecaria. ¶ Aduertere igitur
debes ad cognoſcendum in quibus dif
ferat foꝛma libelli in hypotecaria a foꝛ
ma libelli in ſaluiano interdicto.Nam
ſi in libello narrat ꝙ res ad quam agit
tempoꝛe obligationis erat in bonis de
bitoꝛis:et non dicitur aliter ꝙ debitoꝛ
eā poſſederit tūc cēſet intētata ſola hy=
potecaria:ſi aūt narret ⁊ dicat.ꝙ debi=
toꝛ tpe ꝯcte obligatiōis poſſidebat:⁊nō
dꝛ ꝙ eēt i bonis illi⁹:tūc cēſet intētatū
ſolū ſaluianū iterdictū:ꝙ eſt adipiſcēde
poſſeſſiōis ⁊ in quo ſufficit ꝓbare ſolaʒ
poſſeſſionē vt dictū fuit.ſ.i.vij.ꝯcluſio
ne.ſi aūt i libello narret vtrūqʒ vʒ ꝙ di
cta res erat i bonis debitoꝛis ⁊ ꝑ eū de
tinebat tpe obligatiōis ꝯcte tanꝙ res
ſua:tūc videbit itētatū vtrūqʒ remediū
ſ.hypotecaria ⁊ ſaluianum interdictū;



et talis libellus pꝛocedet:quia iſta re=
media non ſunt contraria:nam petito
riū poteſt cumulari vna cuʒ poſſeſſoꝛio
adipiſcende vt in.c.paſtoꝛalis.de cau=
ſa poſ.⁊ pꝛopꝛie.⁊.l.cū fundū.§.fin.ff.de
vi ⁊ vi arma.et ex his infertur ꝙ licet
creditoꝛ libellans vt ſupꝛa nō pꝛobaret
rē fuiſſe in bonis debitoꝛis vel directū
vtile vel quaſi dominium ꝓut requiri=
tur ad obtinendū in hypotecaria quan
do agitur contra tertiū poſſeſſoꝛ:tamen
ſi pꝛobet debitoꝛē tēpoꝛe obligationis
cōtracte bona fide ⁊ vt ſuam poſſediſſe
obtinebit in ſaluiano interdicto ita ſo=
lenniter firmat Pau.de caſt.in.d.l.rem
alienā.in vlt.col.Dicens ita ſemel con
ſuluiſſe in ciuitate Piſtoꝛij:licet tunc cō
muniter pꝛocuratoꝛes ⁊ aduocati ſen=
tirent contrariū non bene aduertentes
⁊dicit hoc eſſe tenendū menti qꝛ eſt de
pane lucrando:et ꝙ ex hoc multi pꝛo=
ceſſus poſſunt ſubſtineri.et ꝙ iſta ſunt
veriſſima et ꝙ paſſus eſt quotidianus.
Addens ibi ꝙ verba libelli ſemꝑ ſunt
conſideranda.Nam licet dicatur in eo
rem eſſe obligatā ⁊ rem fuiſſe in bonis
debitoꝛis tēpoꝛe obligationis:nō tamē
per hoc dicendū eſt nō fuiſſe intentatū
ſaluianū interdictū:qꝛ etiā ille qui agit
tali interdicto dicit ⁊ pꝛeſupponit rem
ſibi obligatā vt ibi per eū:et adde eūdē
in conſi.vj.in cauſa que vertit ⁊c. ¶ Et
de materia hypotecarie et ſaluiani in=
terdicti ⁊ quomodo cognoſcatur quod
eoꝛū ſit intentatum vide etiam Pau.de
ca.in conſi.cclxxviij.viſo puncto ſupꝛa
ſcripto et omnibus alijs ⁊c.⁊ Alexā.in
cōſi.cviij.v.volu.⁊ Soci.in conſi.ccxij.
iiij.vol.⁊ Coꝛ.in conſi.lv.iij.volu.⁊ Fir
manū in ver.libelloꝛū foꝛme varie.vſi.
27 j. ¶ † Et ex pꝛedictis etiam colligi po=
teſt qualis debeat eſſe foꝛma ſententie
in iudicio hypotecario qꝛ cū ſententia
debeat eſſe confoꝛmis libello.l.vt fun=
dus.ff.cōmu.diui.et.c.licet hely.de ſi=
mo.debet condēnari cōuentus ad reſti=
tuendum rē creditoꝛi per eum retinen=
dam in cauſam pignoꝛis donec ei fue=
rit ſatiſfactū vt no.Bart.in.l.ſi fundus,
§.in vendicatione.ff. de pigno. poteſt
etiam ſententiari rem petitam eſſe obli
gatam creditoꝛi et ei poſſeſſionem eſſe
reſtituendam vt no.Bart.in.l.creditoꝛ.
in pꝛin.ff.qui po.in pi.hab.⁊ bon⁹ text.
in.l.ſi cū venditoꝛ.in pꝛin.ff.de euictio.
¶ Poſtremo in materia addendum eſt
vnum.vcʒ ꝙ ſi creditoꝛ habeat hypote=
cam ex inſtrumēto publico cuius vigo=
re ex foꝛma ſtatutoꝛū loci pōt agere exe
cutiue tam cōtra bona ꝙ̄ contra perſo=
nā debitoꝛis:ꝙ licet ille eligat;viā rea=
lē ⁊ immiſſus ſit in tenutaʒ vigoꝛe ſue
hypotece nō tñ pꝛohibetur facere etiā
executionē perſonalē cōtra debitoꝛem
⁊ illū capi facere:qꝛ quādo quis habet
plura remedia:electio vnius nō pꝛeclu
dit viam ad aliud.l.j.§.quid ergo.ff.de
ven.inſpi.ita tʒ Bar.in.l.conſentaneū.
in,vl.col.in verſi.quero ſecūdo.C.qūo ⁊
qñ iud.Allegat Archi.in.c.fi.lib.vj.de
eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.Sequi=
tur Pau.de ca,in.l.ſi ſtichum.§.idē cel=
ſus.ff.de noua.⁊ in.l.iiij.§.ait ꝑtoꝛ.ver.
quid ergo ſi elegit vnā viā ⁊c.ff.de re iu
di.⁊ Pau.de caſt.in.l.qui legati.C.vt in
poſ.lega.⁊ multa ad hoc allegantur per
Alex.in.l.heres a debitoꝛe.§.ꝙ ſi ſtipu
loꝛ.ff.de fideiuſ.⁊ plenius per eundem
in.l.iiij.§.ex conuentiōe.in.j.colū.ff.de
re iudi. ¶ Nec habet obſtare illud qđ
vult Bal.⁊ ibi ſequitur Alex.⁊ Jaſo.in
l.creditoꝛ.la ſecunda.ff.ſi cer.pet.dum
concludunt quod creditoꝛ habens pi=
gnus non poteſt iurare debitoꝛem ſu=
ſpectum de fuga:niſi ſecundum Alex.
ibi pꝛobetur quod pignus non ſit ſuffi=
ciens.quia tunc ratio Bal.non conclu
deret:quia termini in quibus doct.lo=
quuntur in.d.l.creditoꝛ.la ſecūda.ſunt
diuerſi a concluſione pꝛecedenti:quia
in illa licet intentare diuerſa remedia
donec ſit ſatiſfactū creditoꝛi. ¶ Sed in
terminis notatis i.d.l.creditoꝛ.la ſecū=
da per dationē pignoꝛis ceſſat ſuſpitio
debitoꝛis ſicut enim ſuſpitio ceſſat per
dationē fideiuſſoꝛis vt.l.quoties.§.ſi ſa
tiſdatum.ff.qui ſatiſ.cog.et.l.iiij.§.ſi de
bitoꝛem.ff.de his que in frau.credi.Jta
⁊ ceſſat per dationē pignoꝛū:quia qui
tenetur ſatiſdare liberatur dando pi=
gnoꝛa glo.⁊ Bar.in.l.pꝛetoꝛie.ff.de pꝛe
to.ſtipu.gloſ.Bar.⁊ cōmuniter doct.in
l.j.ff.qui ſatiſda. cogantur. Jmo ſecu=
rius eſt incūbere pignoꝛi ꝙ̄ perſone.l.

## Finis huius tractatus.

plus cautionis.ff.de regu.iur.ꝛ late dixi.§.in.v.parte principali in primo mēbro nu.i.cum pluribus ſequentibus.

¶ Cū ergo ceſſet ſuſpitio debitoris nō poteſt debitor iurari vel capi tanq̄ ſuſpectus:qꝛ ceſſante cauſa ceſſat effectꝰ l.adigere.§.q̄uis.ff.de iure patro.et.c. cum ceſſante.de appella.

¶ Epigramma autoris in detractorem.

Error ineſt operi ſi quis: mea culpa notanda eſt.<br>
Que bona ſunt:per me ꝓtulit illa Deus.<br>
Inuide que mea ſunt carpas impune licebit:<br>
Dūmodo laudet pars bona ꝛ ipſe Deus.

¶ Expeditū redditur opus hoc de pigno.ꝛ hypo. legum zelatoribus quem commodiſſimū. Lugd. per Benedictū Bōnyn Anno ſalutis.M.D.xl.

¶ Regeſtum.

A.B.C.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.t.v.x,y.Omnes quaterti dempto C.qui eſt duernio.



UNIVERSIDAD Y PROVA
BIBLIOTECA.
DE ZARAGOZA.